



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Archi-||dioeceseos || Colonien-||sis Descriptio || Historica**

**Henriquez a Strevesdorff, Martinus**


**Coloniæ Agrippinæ, 1652**


**urn:nbn:de:hbz:466:1-12065**

*Das Jesus*

Th  
5827

Th. 5824.





*Ex Legato Celmi Principis Ferdin: Epi Paderb:  
et Monaster:*

ARCHI-

*No 1683.*

DIOECESEOS

COLONIEN-

SIS

DESCRIPTIO

HISTORICA.

*Authore*

MARTINO HENRIQUEZ  
à STREVEDORE.

*Com: Pal: Cas: q Capitaneo: jussu  
ejusdem Archidiecepsos Recep-  
tore Generali.*

*Antior Editio & secunda.*

COLONIÆ AGRIPPINÆ.

Sumptibus VIDUÆ IOANNIS PORTZ,  
& HÆREDUM CLEMENS, apud Tes-  
seræ portam sub Semilunio,

*1662  
Collegij Societatis Jesu Paderb.*

AMERICAN  
DICTIONARY  
OF  
COLONIAL  
AND  
DESCRIPTIVE  
HISTORY

By  
MARTIN BARRETT  
& JOHN WOOD

EDITED BY  
JOHN WOOD  
M.D.

Author of  
"The History of the  
American Colonies"

Volume I  
Containing  
the History of  
the Colonies  
from 1607 to 1763



ARCHIDIOECESIOS  
COLONIENSIS  
PARS  
RHENANA.

**A** Iove principium sumens, Patriota, laboro  
Prisca Colonorum monumenta, statumq; situmq;  
Et sacrum Vbiaca tractum Regionis ab imâ  
Pandere sede, jubet Dio mens ebria Phœbo.  
Archidiœcesin, cuius fuit Incola quondam  
Vbius, & circum Rhenanus cingit Horizon,  
Inq; duas bino distinguitur ordine partes:  
Qua pars est supra, rauci stridente Mosella  
A ripa, sese famosam extendit ad Urbem  
Agrippinatum, juxta Lunaria Rheni  
Littora, nativas quâ suscipit Eiflia cunas,  
Montibus aërys, clivisq; extantibus altum  
Surgit, & humanos ingentia voluit in usus  
Marmora, trans Fluvios Rhenumq; Aramq; rubello  
Albelloque mero ditat recreatq; Colonos.  
Ast ubi Silvestri protuberat Eiflia fœtu,  
Diversas præter Sylvas, & Lustra ferarum  
Ferri etiam varias, chalybisq; auriq; fodinas.

Nutrit

ARCHID. COLO *¶* V.


Nutrit, & hinc Rheni flumen Nersamq; Nacumq;  
Stridentemq; Aram spumantem exhaustit & Erffiam.

Iam qua pars infra est, plenis pinguis campis  
Frumenta educit, solâq; capefcit agrorum  
Fertilitate sibi magnarum Encomia Laudum,  
Tota Diœcesis denas complectitur octo  
Urbes; hinc quatuor sexagintâq; Profani  
Et sacri existunt Dominatus, insuper ist hoc  
Viginti in Gremio Satrapatus continet, inter  
Singula qua claras præter villasq; domosq;  
Centum Nobilium quadragintâq; coruscant  
Sedes, & celsis illustres turribus Arces  
Cis Rhenum indigetes sacra Regionis, ut extat.  
Antiqui dixere Vbios, quæis cœlicus ille  
Cum Iulij, Eiflis, Angrivarijsq; alijsq;  
Gentibus adjunctis, Montesq; habitantibus olim  
Cœlica divini primus mysteria Verbi  
Tradidit æthereo Maternus Episcopus ore,  
Imbutisq; fide sacram Baptismatis undam  
Contulit, atq; prior ter dignam Præsule Sedem  
Agrippinensi (a) demum fundavit in urbe;  
Papa Zacharias (b) Caroli qui tempore quondam  
Martelli uixit, dum Mitram Agilolphus haberet,  
Archi-Patriæ summam nomen conjunxit, & inde  
In Cathedrâ primus fuit Archi-Episcopus ille,  
Gregorius Quintus! (c) quando Otto Tertius alto  
Extitit Imperio Augustus, divusq; Heribertus  
Rottenburgensis Comes Archi-Episcopus esset,  
Electoratus Cathedram insignivit honore,  
Post Nonus Leo Papa (d) prius prænomine Bruno  
Dagsburgus Comes, antiquo qui Presbyter ævo  
Metropolitanus, Tullensis Episcopus, exin  
Pontificale pedum gestando Favoribus auxit  
Electorum, Hermannii de stirpe Palati

Tempore

[a] An, 96. [b] An, 748. [c] An, 1000. [d] An, 1049.

*Tempore, perpetuo quò Princeps Imperialis,  
Italia, ac Titulo Archi Cancellarius esset,  
Pileoli Rubri frueretur Iure Dynasta,  
Sancti Ioannis Portam nempè antè Latinam.*



## WESTPHALIA.

**W**estphalam, à Niveo qua vox est dicta *Caballo.*  
Possedit quondam Henricus Leo nomine, Princeps

*Germanus, verum cum lese, Criminis alti,  
Maieſtatis erat, banni Reus atq; Rebellis  
Proſcriptus Regno Friderico à Caſare, ſacri  
Imperii charus tum Cancellarius, idem  
Princeps Elector, dictus Philippus ab Heinsberg,  
Pro certa ſummâ, tractando exinde Ducatum  
Vveſtphalia, Angariaq; ſimul ſibi quaſiit, atq;  
Deſuper accepit firmam de Caſare Bullam,  
Ex hoc dotata eſt Vbiorum Eccleſia Princeps  
Fundatore novo, binis Regionibus hiſce:  
Archidiceſi hinc firmo ſunt foedere nexi  
Hi Patria tractus memorati (a) Principis a vo,  
Id quod ad illius monſtrant Epitaphia verſus:*

*Accipe collatum tibi per me, Petre ducatum  
Quem quinquaginta Marcarum millibus emi.  
[a] 1180.*



## ANGARIA.

**G**entes Angarij, Augusto regnante, Viſurgim  
Inter & Amisiam fixos habuere Penates,  
Lippia quâ nunc eſt, & Ravensperga, ſed acri

In loca, Boructera habuit qua Natio, pridem  
 Grassati motu, scit Lippia, Raurica novit  
 Silva Nemusq; suis post ascripsere trophais,  
 Hujus erant Populi genuina insignia, & illis  
 Gaudet adhuc, hodie magnus qua cetera prater  
 Dux gerit Angaria: Foliorum, gemina Nympha,  
 Nempè Trias, putridis qua producuntur ab undis,  
 Et supra in cordis formam se spontè figurant.




## ARNSBERGA.

**H**OC in Circuitu, veterum quod grammata tradunt,  
 In pago Angariae situs est Comitatus, & audit  
 Arensberga, cui juncta Vrbs, & montis in alto  
 Electoralis Residentia vertice Castrum,  
 Ad Ruram, antiquis alias qui dictus Erygnis,  
 Et propè Meschedam gelidis altisq; susurrat  
 Montibus, atq; infra Rurordam gurgite fracto  
 Labitur in Rhenū, Comes hūc Godefridus ab Arnsberg  
 (Cliviaca de stirpe domus, dum Conjugis Anna  
 Viveret in sterili thalamo, Patris ultimus Heres,  
 Bini etiam canos rugis subeuntibus annos  
 Vidissent pariter) Comitatum mentis in unum  
 Sensum Nobilibus coeuntibus, Urbibus unum  
 In votum tractis, Cunoni Praesulis amplo  
 Ecclesiaq; Vbia Rectori (a) stante refusi  
 Auri promisso, cum cunctis urbibus, altis  
 Castellis, Pagis, Ditionibus, in super omni  
 Iure dedit vivus, vivusq; hac contulit uni  
 Omnia. Nec multo post rapto funere (b) summus  
 Praesul Agrippina, Comitiva insignia dicta  
 Ducere contendit, restratam nempè volucrem  
 Divisamve Aquilam, cujus de nomine nomen  
 Adlersbergā

[a] An. 1368, 25. Aug. [b] 171,

*Adlersberga gerens Aquila quasi monte notatur.  
 Hi trans-rhenani tractus & VVestphala rura  
 Eductis florent clivis, venantibus, undis,  
 Piscinis, variisq; feris, & aluminis usq;  
 Et plumbi pollent ferriq; salisq; fodinis.*



STRUCTURA.  
 ECCLESIAE CATHEDRALIS  
 COLONIENSIS

*C*Larus, ab Hochstadio Conradus Episcopus, Heros  
 Argenti multi, multi Possessor & auri  
 Admirandi Operis Fanum, Turrimq; bisulcam  
 Metropolitanam nil parcens sumptibus Aedem,  
 Octavum mundi Miraculum orditur ab imo  
 In Babyloniacam fundamine ducere molem,  
 Cujus adhuc nemo vidit, nec forte videbit  
 Finem, ni Magni quis Mæcenatis obire  
 Munus amet quondam, Fabricaq; coronida neçtat.

*Iamq; loci in justum tracto curvamine gyrum,  
 Et posito utrimvis prospectu, Magnus in Vrbe  
 Archipater primum, Clero populoq; frequenti  
 Solenni applausu lapidem spectante profesta  
 Virginis in Cælos assumpta lace locabat,  
 Sicut adhuc hodie sub fornice cernimus alta  
 Quà Rectoratus sacri pendere Bacillos  
 Inscriptum monstrat carmen, quacunque stupendis  
 Innumerisq; dies præsens Altaria donis  
 Ornabat summos imosque offerre movebat,  
 Sic structura omnem producebatur in horam,  
 Grandior ut moles, moles pretiosior omni  
 Europâ nusquam fuerit reperirier, ipsum  
 Ad finem Artificum manibus si ducta fuisset:*

*Principium*

Principium major sumpsit Campana sub Annum  
Cernis ut hic infra, (a) sed postea (b) fusa recenter,  
Continet ad libram bis centum pondia centum,  
Viginti quatuor, præter Crepitaculum, & hoc bis  
Pondo ducenta tenet, superat gravitate Falerni  
Quinq; & plaustra decem: verum semel altera centum  
Centusses & viginti sub mole recenset.

O serum mundi Miraculum! nobile Fanum!  
Fanium Augustum, ingens, centum sublime columnis,  
Ara admirando Salomonis & amula Templo!

Hac in structura sub Principe Principis Æde  
(Primus Apostolico qui fulget in ordine Petri  
Multorum juxta procerum Comitumque, Ducumque  
Et Prelatorum monumenta è Marmore & Ære,  
Rugravius sacro ritu de Dassel, Archi-  
Præsul Reinoldus, Friderici Casaris olim  
Primi supremus cum Cancellarius esset,  
Insigni, ut dictum, cultu, Reverentia, Honore

Affer vanda dedit Sanctorum Corpora Regum,  
Constantinopolim qua primum maxima summi  
Sanctæ Helena Imperij Regina Eustorgius inde  
Post Mediolanum antistes devexerit Urbem,

Hinc Barbarossa Friderico à Casare Primo,  
Obsidione gravi dum quassaretur & armis  
Vrbs Mediolanum, Theaurum hunc, transtulit Archi-  
Præsul Agrippinas Vbiam Reinoldus ad Urbem,  
Qua nunc perspicuo cancellis clausa sacello, in  
Æde Cathedrali sancte asservata coluntur  
Incorupta, hodie devoto cordis & oris  
Affectu, longè peregrina à plebe quot annis  
Visuntur (taceo magnos Heroas) ab ipsis  
Præsertim Vngariæ Populis, qui quolibet Anno  
Septeno, ingenti numero hanc ducuntur ad Urbem  
Agrippinatum, visuri supplice tantas

Pectore

[a] An. 1437. [b] An. 1447.

DESCRIPTIO.

9

*Pectore Reliquias, quas exprimit hocce Pœma.*


CORPORA SANCTORUM LOCULUS TENET ISTE  
MAGORUM.

*Hi sunt, Eois feri de partibus Orbis  
Qui peregrè in Bethlem felici sidere ducti,  
Et procumbentes curvato poplite Christum  
Numen adorarunt, ultroque ardentè apertis  
Thesauris, olli denaria terna tulerunt,  
AURUM, quo magnum (sic fert sacra Pagina) REGEM,  
MYRRHAM, qua mortalem HOM. NEM, THUS denique  
CHRISTUM*


*Quo demonstrabant, VERBUM inscrutabile PATRIS.*

*Hoscè quis attonito non pectore & ore stupefcens,  
Exclamet! quo tanta Fides spiramine vobis,  
Vos Alienigenæ, quantam non Hospes in omni  
Israël invenio, STELLA præeunte petitos  
Bethlemij subière Lares, Regumque supremum  
Regem, in Praesepi folio, Sapientiam in ipso  
Infante, in mortali Homine, immortale supino  
Poplite adorarunt Numenque, Deumque Triunum.*

*Quare Divorum sicut Trias ista Magorum  
Mystica de sacris Thesauris Munera CHRISTO  
Obtulit usque DEO, sic nos duntaxat ab imis  
Visceribus Cordis promamus dona perenni  
Digna DEO, utq; Ducem STELLAM hi, sic sidere fausto  
Iustitia SOLEM nos ultrò & spontè sequamur,  
Et CHRISTUM, obscuro quem nunc anigmate clausum,  
De facie ad faciem cernamus, & usque supremi  
In Regum REGIS regno sine fine fruamur,*



STATUS



# STATUS GENERALIS.

**P**rimus in Vbiaca STATUS est (ut rite probatur)  
 Archidiecepsi multum venerabile summa  
 Ædis Cappitulum, Metropoleosque Cathedra.  
 Persona illustres, Proceres, Comitesque Ducesque;  
 Hinc quoties dicta Princeps Elector, & Archi-  
 Anistes Patria, Titulis pro quolibet aptis,  
 Subjectos ad sœta Status conscribere jura  
 Instituit, gravium quò magna negotia rerum,  
 Momentique gravis, Charitativique tenorem  
 Subsidij proponat, ijs per Scripta statutum  
 Declarare Diem solet (at præeunte supremi  
 Collegij scitu, consensu, animisque benignis)  
 Ad comparandum BONNÆ; Residentia, siue  
 Principis Aulæ Sedes qua floret in Vrbe;  
 Tunc illic adsunt Proceres de more vocati,  
 Aut quibus intrandi Comititia talia jus est,  
 Scilicet in primis Metropolitanus in illo  
 Per Delegatos consensu cernitur Ordo,  
 Nempè per illustres binos unamvè, simulque  
 Unum Presbyterum, quæis Secretarius adsit,  
 Syndicus ante alios, & sic Primarius, inde  
 Fit Status, & Fundi Domini de jure coluntur.  
 Mundani hinc COMITES, Vbiâ Possessio quorum  
 Archidiecepsi nixa est, & continet Arces  
 Illustresque domos, Dittones, Prædia, Fundi  
 Hæredes justî, de quæis duo tresvè, aliorum

Cum

Cum Designatis & Syndico in ordine surgunt,  
Atque Statum formant, COMITUM qui dicitur ORDO.

Nunc ad Nobilium Titulos transitur, EQUESTRIS  
ORDINIS, in numero Plurali, quotquot Avorum  
Quartirijs fulgent, Coris, & sedibus intrà  
Archidiecepsin, sedecimque Insignia, Patrum  
Stemmata majorum, citra discrimen, & omnem  
Excipiendi ansam, norunt sine fraude probare,  
Tertius unde Status, dum prae sto est Syndicus, exit.

Denique CIVILES subeunt è qualibet Aulam  
Urbe MAGISTRATUS, binus de munere Consul  
Ad minimum è quo cunque loco, queis scriba suosque  
Syndicus est junctus, Quartusque hinc nascitur Ordo.

Iam praedictorum Statuum Quatternio ( summus,  
Collegium Cathedrale, Status, Comiresque profani  
Nobilitas, Urbesque dein) deliberat alto  
Iudicij sensu, sed Particulare curvis  
Consilium appetitur pro RE Patriaeque favore.

Divisim sibi certa tenent conclavia, certas  
Consultandi aulas, Electoralis at hausta  
Propositi ut primum mens est, meditat aque verè  
Matura sensus sub lance Relatio, Corre-  
latio que impleta est, Conclufi examine voti,  
Respondetur adhuc, conjunctim protinus adsunt,  
Iura colunt Patria, libertatemque tuentur,  
Consilia & demùm post multa Gravamina, multa  
Proposita, unanimi dum convenère relatu,  
Mutuaque utrimvis geminis satisfactio votis  
Concordat, rata Res, & salva, & firma: flatoque  
Tempore, conclusum, plenum sortitur ab omni  
Mox parte effectum, jam quo satisfactio in Actum  
Ducatur, Concessum etiam solvatur, ut usus,  
Quilibet Ordo suam Taxam, Simplumque statutum,  
Quo Quantum scit quisque suum, de more vetusto  
Ad Patra Statutum Cassam, dextramque reponit

Vsque

Vsq̄ue Receptoris Generalis, qui Rationes  
Desuper, & Reliquam de Quotis ritè receptis  
Expositisque suâ statione & tempore prestat.

Vt belle cunctis res quaque, geratur in Aulis  
Sive loco quocunque, forisvè domivè, necessum  
Est duci medio, quo non datur aptius ullum,  
Quam qui Pectoribus nostris, velut ære perenni,  
Fusus & insculptus divinitus, omnia præter  
In Patriam devotus Amor, pro numine cuius,  
Incolæmque Statu, certaq; Salute, vocati  
Magnates Proceresque Focos Arasque libenter  
Atque facultates, ipsammet denique vitam  
Obiectant, avidi per mille pericula ferri,  
Inconsulti, alias ignorantesque, quid ipsa  
Sint causa merita intuitu stupefactus eorum  
Plurimus audebit, præstabit plurimus, ante  
Quod vix prætulera; (a) Theodosius ergò Monarcha  
Imperij, & asarque Valentinianus aperto  
Ore fatentur id ad decus immortale, perennem  
Principis ad laudem, pleno quasi fonte relabi,  
Quod de consilio, Procerumque ex lege statutum,

Hinc, cum scripta sient tali Comitia voto,  
Dicendum superest de justo jure Tributo,  
Collectave alio sub nomine, dicitur illud  
Annua nimirum præstatio, & ordine certo  
Circumducta venit, verum Collecta recedit  
Præstando à Censu, quocunque videlicet anno:

At si fortè Status ratio sic exigat, illam  
Tum possessores fundi, tum subditus omnis  
Solvere præcipitur, brevibus concludo Tributa  
Collectasque simul si combinavero, sive  
Sumpsero divisim, supremi vera fatebor  
Symbola Primatus, hæc antiquissima, cumque  
Imperijs Vates testatur nata fuisse:

Dum

[a] l. 8, C, de leg.

Dum fuit Imperium, fuit & Collecta, Tributum  
 Quolibet Imperium semper habetque suum:  
 Nam simul ac Reges fuerant, quoque regia passim  
 Cœpère à reliquis munera ritè peti.

Nec tantum Gentes inter Civesque quod extat  
 In ea Principibus cedit sed legibus equè  
 Illa tenent dijs ac naturalibus, unde  
 Nemo negat, cum sit justissima causa, Tributum.  
 Quèis etenim Tribui fuerit consultius? illis  
 In quorum, solido veluti Respublica fulcro  
 Nititur erectis cervicibus, illa negato  
 Subsidio Procerum nescit subsistere suntque  
 Pax & bella simul, (b) Populo dant arma quietem  
 Armaque dant bello stipendia, dantque Tributa  
 Hac eisdem Ducibus, qua si de limine tollas  
 Imperij, totum tolles de Principe nervum,  
 De patria vires, & publica corrueat Aula:  
 Hanc solam Princeps dotem sibi vendicat, unum  
 Hoc sibi subsidium sumunt extrema Gradiui  
 Tempora, promptè ideo solvenda Tributa, quibuscum  
 Patria nata fuit seu cura debuit esse,  
 Ne mora segnis Ei ferat irreparabile damnum,

Collectas exin Generales dicimus, illa  
 Propter acerba nimis Bellorum funera, summo  
 Induperatori, Statibus, reliquisvè Dynastis  
 Conceduntur, ijs addit Provincia censum,  
 Et quas dat Pagus collectas, hasce locale  
 Appellamus, & Vrbs quævis adjuncta, gravatur  
 Incola, non equidem quod Iurisdictio poscat,  
 Sed privata jubet lex, & Contractus utrimque  
 Consensu tacito ductus promissaque merces.

Sunt Personales rursus, (c) rursusque Reales,  
 imponuntur Ea sub conditione bonorum,  
 Ætatis Sexusque habit a ratione, sed olim

Quando

[b] Nov. 150. C. 2. & Tac. lib. 4. [c] l. un. C. de  
 cap. çiv,

Dum Personales Romanis Civibus essent  
 Graves, damnavit Cicero, Caesarque remisit  
 Vespasianus, erat post Constantinus earum  
 Sublator magnus, sed & Ha, qua rebus inhaerent,  
 Respectu Frugum, raro solvuntur agrorum  
 Intuitu, quamvis nonnunquam fiat & illud,  
 Pristinus ergo Status spectatur, nulla moderni  
 Temporis exurgit ratio seu mentio prorsus.

Appellabatur Patria qui subditus, olim  
 LIBER PETERLINGH, omni quod nempe Tributo  
 Liber & exemptus stiterit, Status obtinet inde  
 Omni in Conventu scriptum de Principe, quod sine  
 Debita nulla, puta, qua sint concessa, sed esse  
 Subsidiium purum charitativumque volendi  
 E puro affectu, quo nil praesudicat alter

Duntaxat sermone Status perquirere Verbum,  
 Quisque Status firmum subjecta in Corpora habetur  
 Imperium: stabilis Status est Ars recta regendi,  
 Notitia est rerum, Regimen queis stare videtur  
 Tum conservando, tumque amplificando, regundi  
 Ars praesupponit Regnum cum Principe, tanquam  
 Artificem hunc, illud quasi materiale Talentum;  
 Non etenim dici pollet Regnumve Statusve,  
 Is nisi jam pridem sit confirmatus & auctus,  
 Quo complectuntur sub nomine commoda quaevis  
 Imperij, utilitas Patria, Tutela Bonorum.  
 Verum Relligio, qua stat Fundamen in omni  
 Imperio, charosque Deo facit esse Regentes,  
 Vix laudanda sat est: Fernandi Principis ante hac  
 Electoris erat genuinum Symbolon: AVITA  
 Nempe FIDE: cujus nunc MAXIMUS EMILIANUS  
 HENRICUS PIETATE pari, SAPIENTIA, virtus  
 AEMULIS existit, propagaturus AVITAM  
 Usque FIDEM; & veluti Romana Catholica, vera  
 Relligio, in Patria hac, quamvis tentata frequenti

Haresi


Hæresis, in hunc tamen usq; diem sic floruit, omnis  
 Vt nixa illius fuerit Respublica fulcro,  
 Sic quasi cunctarum subiectis imperat ipsa  
 Relligio. Mater virtutum, signa timoris  
 Exhibet, & solidam summo in discrimine spem dat,  
 Inculcat Pacis studium, male conscia stringit  
 Pectora, & à nocuis consultis terret amicos.

Hæc summam ad felix regimen vim præbet & arma  
 Relligio, & verum Ducis Emmanuelis habetur  
 Effatum, cuius sub jure Subaudia quondam;  
 FLORET UBI PIETAS, hic Obsequiumque Fidesque  
 Pura viget, cuius pia conservatio nobis,  
 Est optanda hodie, & Patriæ cum pace precanda.

Hæc demum est aër Vbiorum in parte salubris,  
 Ad producendos tellus aptissima fructus,  
 Pars montosa supra est infra pars plana: priorque  
 Vinetis vinoque tumet foecunda bonaque  
 Posterior stat messe gravis frumenta que profert  
 Cæcupla, Roma, Nuces, Cerasa, ac Pyra, Mespila, Prunæ  
 Istiusque modi quamplurima: mitior aura,  
 Frigora subsidunt, hinc Baccho vinea turget,  
 Multa ad Materiam quamcunque expullulat Arbos,  
 Quercus, Acer, Robur, Siler, Ilex, Fraxinus, Ornus,  
 Populus, atque alia his multa inveniuntur in oris  
 Proceræ, crassæque satis, Tectisque struendis  
 Servandisque focis habiles, in quemlibet usum,  
 Hunc Tractum perpulchra rigant Vada, Flumina,  
 Rhenus

Scilicet Europa Fluviorum maximus, Arba,  
 Erfftaque cum Netta, Eissliacis, qua nata sub antris  
 Descendunt, & se Rheno hinc atque indè subaddunt,  
 Nervia verò Mosam, Julia qua prodit ab Oris,  
 Intrat, at hisce suo de Rivis tempore plura,  
 Dum vates majore canet vicina cothurno  
 Flumina, qua pariter sunt nostris proxima terris.

SERIES EPISCOPORVM,  
 Archi-Episcoporum, Electorum Ar-  
 chi-Cancellariorum, S. R. I.  
 Principum.




EPISCOPI.

1. **P**rimus Agrippinas, Tungros Trevirosque sacratus  
 Discipulus Petri Pastor Maternus adivit.
2. [Ambigui bini quorum neque nomina constant]
4. 5. Sanctus Aquilinus. Maternus ab inde Secundus,
6. (Hic intervallum rursus dominante Tyranno)
7. Euphrates captus tenebroso schismate Arj,
8. Bourdigalus Divus Severinus in Æle secutus.
9. Tunger Evergisus post Martyr Episcopus: exin
- 10, 11. Solinus. mitra capit ac Simoneus honores,
12. Inde Carentinus Templorum structor, & Ara;
13. Sanctus Ebergisilus pietate insignis & astris,
14. Remedius, medium cui non succrevit in orbe;
15. Ast divus Cunibertus ovans Austrasius intrat,
16. Bocaldus vixit Mahometis tempora sectæ,
- 17, 18, 19. Steffanus, atque Adelvinus, Gúisoque,  
 decori;
- 20, 21. Post Anno primus, Pharamundus & ultimus  
 ille;


A centum, septingentos rexere per annos:  
 Presul & Antistes, Pastorque & Episcopus omnis,  
 Archidieceps quos ubi vidit ad aram  
 Facturos pia Sacra Deo, mysteria Divis,  
 Hinc etiam veneratus eos est mysticus Ordo.

ARCHI-



## ARCHIEPISCOPI.

1. **H**ic sanctus Frisiorum Agilolphus Apostolus unus,  
Archipatris meruit nomen, pietate celebris:
2. Mox Raginfredus mytra decoratus honore est:
3. Istunc Hildegardus sequitur Divusque piusque,
4. 5. Tum Bertholinus meritis, divesque Ricolphus;
6. Hildboldus Sanctus Carolina gratus in Aula,
7. Hadbaldus Synodi jam dudum Assessor Aquensis,  
(Hic rursus Sedes vacat inter bella Danorum)
8. Guntherus sensit Nicolai anathemata Primi,
9. A morte illius surgit Vvilibertus in altum
10. Hunc Pius Hermannus subit illo nomine primus,
11. 12. Wichfridusque dein ; Bruno & de Saxone  
Primus
13. 14. Volmarus, structorque Gero Gladbachus ab illo,
15. VVarinum Monachum Martini consecrat Ordo,
16. Prasul Evergerus Mitra Ius obtinet amplum,  
Summi Pralati ter summo in honore fuere,  
Quilibet Archipatris Titulo insignitus, obiit  
Munia grata DEO, pro se, populique salute.  
Vnda sibi mundo caeloque encomia fecit.



## ELECTORES.

1. **V**is Electores? Primas Heribertus habenas  
Imperij Divus, Divitensis Conditor Ara
2. Obtinet, & Divus Pelegrinus Iura secundus,  
Aedis Apostolica Reparator, eaq; sepultus.


ARCHI-



## ARCHICANCELLARI.

1. **P**rimus in Italiâ ArchiCancellarius, Alter  
Nobilis Hermannus fuerat de gente Palati;
2. Succedit regno sanctus post Anno secundus,
3. 4. Hildolphus, Sigeuvinus & his prædixerat Anno;
5. Hermannus Pius & Dives, qui nomine Ternus
6. Hos sequitur; Primus Fridericus Sueuus at inde,
7. Bruno Altenanus; qui Apulais subditus oris,
8. Hugo erat in paucis Comes hic Sponhemus honore,
9. 10. Bini Arnoldsni de VVeda primus & alter,
11. Altenanus adit Fridericus sceptris secundus;
12. Reinaldus succedit ei de Dasselien, illum
13. Stirpe Heinsbergensis, sequitur virtute Philippus,
14. Ius Altenanus Bruno sed Tertius, aufert,
15. Succedit Patruo (qui fulmina sensit) Adolphus:
16. Iam Bruno quartus Seynensis nomine regnat;
17. Post Theodoricus, quem mox Anathema repellit;
18. Ast Engelbertus sanctus Martyrque, resancit;
19. Henricus regimen captat Molenarchius Heros,
20. Conradus post hunc Comes Hochstedanus adintrat,
21. Alter de Falckenberg, Engelbertus in ostro est,
22. Westerburgensis gestat Syffridus habenas,
23. Tollitur in solium clarus VVigboldus ab Holte,
24. Mox Comes Henricus de Virnburgh scãdit in altũ.
25. Walramus Iulius, cui parta licentia Iuris,
26. VVihelmus Proavum de Gēnep stemmate Baro,
27. Virnburgusque Alter brevis in splendore Ioannes,
28. Alter & excellens jure Altenanus Adolphus,
29. Tertius hunc Engelbertus succedit, & ejus
30. De Falckensteino Conjutor Cuno gubernat,
31. Nunc Sarwerdenensis, Fridericus Tertius intrat,
32. Tunc

32. Tum Theodoricus Comes Alter Moersius, acer,
33. Gente Palatinus Rupertus ad arma paratus,
34. Hermannus Quartus pacis de nomine dictus,
35. De Duna capit hinc Alter pia sceptræ Philippus,
36. Quintus it Hermannus de Relligione Vvedanus,
37. Tertius à Schavvenburgo fit Rector Adolphus,
38. Antonius regimen transcendit Frater Adolphi,
39. Ioannes jam Gebhardus de sanguine Mansfeldt,
40. Quartus & eligitur Fredericus stirpe Vvedanus,
41. Inde Salentinus Comes Isenburgius, inde
42. Gebhardus Sacri Imperij Truchsesus, ab illo
43. De Bavaro Princeps Ernestus stemmate regnat,
44. Succedit Patruj Princeps Fernandus honori;
45. Par Patruis Pietate, simul Virtute Modernus



## M A X I M I L I A N V S H E N R I C U S,

**V**bius Archipater, Princeps Elector: & Archi-  
Per tractum Italia quoque Cancellarius; idem  
Hildesheimensis Prasulq; Leodius; amplius  
Berchtogad: Stabulo Rector: Palatinus & Heros  
Ad Rhenum: Bavarum Dux: Westphalia, Angariaque  
Bullonniq; Comes, Leuchtenbergensis avito  
Stemmate Landgravius, Francomontensis eodem  
Marchio jure, cui nunc est suprema potestas.



## A R C H I - E P I S C O P A L I S E M I N E N T I A, E T I N S I G N E.

**I**nter potentis Imperi Heroas, graves  
Inter Monarchas, inter & magnos Duces  
Alijs potestas gemina contingit simul.

E:

Et Spiritalis Politicæq; : jure optimo  
 Hos Magnus ille Carolus, & magno Patris  
 Par Ludovicus Filius cælo nimis  
 Gradu locavit Imperatores deis  
 Supremitate territoriali eos  
 Insignière, tale paulatim decus  
 Tulere, tantus cepit hic scribier honos  
 Veneratioq;, ut Otto Tertius sua  
 Autoritate Principes quosdam inelytos  
 Septem Viratu, dignitas illa eminens!  
 Sustulerit altum, jusserit sceptrum dari,  
 Et si vel unam bina personam liget  
 Valide potestas, munus utrumvis tamen  
 Est separatum. Sacra dos, inquam, DEI,  
 Et Imperandi Baculus, hoc fundus suo  
 Dat jure, at illud dat Ministerium; duo  
 Hac juncta, in uno carnis ornatum viro.  
 Elector exin duplici diversum capit  
 Habitum potestâ, regimen utrovis datur  
 Munere modoq; : Sacra conferri solet  
 Per Annulum perq; baculum in manus datum,  
 Profana verò illustre per sceptrum venit :  
 Subordinatur bina suprema Patri  
 Regiq; summo, Pontifex confert eam,  
 Hanc Imperator, publica rei bono  
 Magnaq; plebis commodo, bina simul  
 Ha dignitates vinculo fortissatis  
 Ligantur. Archi-Præsul utramvis tenet.  
 Illustri Titulo meret Archiepiscopus, inter  
 Primates primus venerari, scilicet illis  
 Ille præest, Canonum qui Suffraganei habentur  
 In jure ut Minden, Utrecht, Leodijs, atque  
 Osnabrügensis simul, atque Monasteriensis.  
 Archipatrum Titulus, Præstantia, Fama, Potestas  
 Prodit ab INSIGNI, quod sacri denotat usus  
 PALLII. & à summo solet hoc transmittier illis

Pontifice


Pontifice, & vestis, chlamys hac, est perbrevis, albâ  
 Elanâ contexta, super quam cetera Præsul  
 Ornamenta gerit, veste exhibiturus in illa  
 Pontificale decus, Romæque sacratur ad Aram,  
 Pontifice à summo, Petri quâ corpus in arca,  
 Mittitur, hinc Petri de corpore dicitur esse  
 Transmissum, accepta sacratus Epomide Præsul  
 Confirmatur, & hinc supremo jure potitur.

Electo Princeps alias suprema gubernat  
 Munia per quas vis Vbiorum Legifer oras,  
 Ac fundata suis stat Iurisdictio terris  
 In cunctos homines, isthic quos circulus ambit,  
 Ius habet ille idem res in quascunq, vel omnes  
 Causarum species hac qui se juris ab aula  
 Dixerit exemptum, conjuncta probatio tali  
 Incumbit, Quæro nunc Iurisdictio quid sit?  
 Si nomen generale feres, est publica cunctis  
 De causis cognoscendi edendiq, Potestas.  
 Post illam Primam quâ sese maximus Heros  
 Legibus obstringit Princeps Terræve Dynastes,  
 Plena potestatis vis & suprema facultas  
 Exoritur, quâ cuncta licent primatibus, usque  
 Ad sua vota, lubens animus sin jusserit illa.  
 Plurima nunc tacito par est transire cothurno,  
 Quæ Politia sibi cognato jure reposcit,  
 Attingo solum divina verba tabella  
 Omnia scriptura, quæ sic effatur: ab ipso  
 Omnis & ipsa DEO venit \* exurgitque potestas,  
 Quæ reges regnant, subiecti quæque reguntur,  
 Legumlatores discernunt justa, bonumque  
 Rebus in humanis querunt in quemlibet usum,  
 Ut ratio dicat, Legumque ut regula suadet  
 Desuper ergo omnis cum sit concessa potestas  
 Numinis è dextra, Princeps, fundique Toparcha,  
 Rector, & Antistes divini Exempla statuti

[\* Prov. 8, 6.]

Iure

Iure sequuntur, ut in supremo munere, terræ  
 Quo funguntur, abhinc omni feliciter æva  
 Corregnent superis, ipsas qui cætera supra  
 Culmina vexerunt, ut subjectata suemet  
 Corda potestati, ad nutum sibi facta paratum  
 Obsequium referant. Quare si Præses es, ipsi  
 Præsides populo, Rector rege, Duxque reducat  
 Si fors an pravos, studeat calcare recessus,  
 Ut veri rectique viam sectetur, & almas  
 Ad leges, mandata DEI non segniter aurem  
 Applicet, ut fiat Rex & Grex victima Divis.]



## ARCHIDIOECESIOS.

### OFFICIA HÆREDITARIA,

Quattuor existunt Archi-de Iure Toparcha,  
 Quilibet officio, Proavum de sanguine gaudet,  
 Fungitur hoc qui vis bene munere, Iusque tuetur,  
 Vbiacus quoties celebrat solennia Præsul.

1. Archi-Vincerna est Comes Illustrissimus Ahrburg,  
 Dux Arschottanus, Croiusque Rebeccius, Engien.
2. Archi-Præfectus Comes est ex asse secundus,  
 Illustris Manderscheidt, Blanckenheimque Saynq.
3. Et Comes à Salmo, Reiferscheidt unde propago  
 Archi-Mareschalli exercet de sanguine munus:
4. Baro de Stolberg à Frens de Stemmata avito,  
 His generosus adest Archi-Camerarius: Ecce,  
 Heroes tales Vbia in Regione coluntur,  
 Heredesque dein, quæ munera Iuris aviti;  
 Præsul honoratur, Cathedram dū scandit in altam,  
 Dum regale subit munus, comitantur Eundem;  
 Ad primum transire Statum nunc suggerit Ordo.

STATVS

# STATUS

I.

STATUS

ILL. mum & REV. mum  
CAPITVLVM.  
METROPOLITANVM.

**M**etropolitanam Cathedralē hic cernimus AEdem,  
Præcipuum in Clero solium, subsellia prima  
Scandere, qua cunctis præluceat, & altior exit.  
Majori ter digna gradu. Fana omnia præter;  
Tota Diocesis, vel que Provincia tota  
Ambit in amplexu, gremioq; includit Horizon.

Hinc de Iure Prior, Titulo clarissimus ille  
Consensus Status est, paret cui scilicet omnis  
Orde Dynastiarum, Clerusq; obtemperat omnis:  
Dictum Collegium nullos admittit in Album,  
Quam summos sacri Proceres, Comitesq; Ducesq;  
Imperij Heroas, cumq; his Illustribus, octo  
Presbyteros, quorum Promotio summa probatur,  
Vel Doctoratus, vel dia Licentia, & horum  
Consilio arbitrio, soloq; Ecclesia nutu  
Agrippinensis regitur, servatur in Esse.

At è prædictis Illustribus atque Serenis  
Principibus, Ducibusq;, Viris Primatibus Archi-  
Presul, & Elector Princeps celebratur in alto  
Romani Imperij sessu. Italiaq; supremus  
Sicilia Regni quoq; Cancellarius ille est,  
Consilio Imperij, Procerum votoq; secundus.

Multis Cesaribus, multisq; à Regibus, altis  
Principibus, Ducibus, Baronibus atque Dynastis,  
Vbiaca hac Cathedra est ditata favore lubenti,  
Ornamentorum millenis dotibus, Aedes  
Iam dicta à Sancto Materno Antistite primo

Disci-

Discipulo Petri, fundamina (a) sumpsit & ortum,  
 Primo à Pralato hoc, Vbiorum & Apostolo in Vrbe,  
 In Divi Petri templum sacratur honorem,  
 Hic animando fidem Præco propagat ubiq̃.


Tempore Chilprici Francorum (b) Regis, eodem  
 Etatis, sanctus dum sceptræ Agilolphus haberet,  
 Quod prior illis annis, misso Diplomate summo  
 Pontifice à Zacharia, huius post sæcula verò  
 Dum Comes ad Tubarum, delubra Tuitia fundans  
 De structo Castro, Sanctorum Heribertus in album  
 Adscriptus, Patriæ Pater admirandus in ævo  
 Ottoni charus, dum q̃ ArchiPræfulis auctus  
 Munere, mox meruit Primus dignariet alto  
 Electoratus (c) gaudente Ecclesia, honore:

Dicta Cathedralis, Dominatus possidet intro  
 Archidicesin, Donaria plurima, præter  
 Freishemium quondam Comitatum, conditus ipse  
 Emundus sacra Comes & Dotator in AEdæ,  
 De se sic loquitur clarus post funera vivens;  
 FREISHEIM, SANCTE MEUM FERÒ, PETRE, TIBI  
 COMITATUM:

Hulckroidt (primò Equitis Sedes, Dominatus & olim  
 Sed manibus Clivie Comitatus herilis:)  
 Iura exercendo Theodorus nomine Lovo,  
 Possedit primò; Ditionis limina vidit  
 Nussia, Moers infra, suprema in parte Colonus,  
 Henrico demum de Virnburg ære (d) redemptus  
 Cessit, & inde illum Cathedra hæc possedit, ad usq̃  
 Tempora Fernandi, qui permutavit & Urbem  
 Zontinam contra Hulckradium, veltigal, & Arcem,  
 Vnde hæc Metropolis per Zons sua Iura reservat,  
 Et præter Glevvel subsunt cum Iuribus Esch. Niel,  
 Walperberg, VVoringen, Bullesheim quoq̃ & Erpel,  
 Hæc loca sunt Dominis subiecta labore, timore,  
 Iustitia è contra; Pax & Clementia regnant.

[a] An. 96. [b] An. 714. [c] An. 1002. [d] An. 1311.

TITV.



## TITVLI ILL. morum

## CAPITVLARIVM.


1. **F**rans Egon, antiquis Comes illustrissimus annis  
Furstenberg, Princeps, electus Episcopus, alta  
Argentinenſis Cathedra, Landgravius in Bahr,  
Alſatiaq; Vbia reſpectu ſummus herilis  
Præpoſitus domui, ſimul atque Decanus in alta  
Metropolitana, Archi-Cancellarius almi  
Agrippinenſis ſtudiij, hac quod floret in Vrbe  
Electoralis Præſes ſupremus in aula.
2. Subq; Decanus abeſt Ioannes Æde Iacobus  
Qui Comes à Konigſeck Rottenfelsq;, Dynaſta  
Aulendorpiacus, Dominus Stauffenſis, utrimq; eſt.
3. Iamq; Chori Præſul captat ſacrata Philippus  
Iura Salentinus, Manderscheidanus & idem  
Is Comes à Blanckenheim, Gerolſteinius Heros,
4. Hic VVilhelmus Egon Scholaſtica Sacra tuetur,  
Qui Comes à Furſtenbergh VVerdenbergque  
coruſcat,
5. Nunc Leopoldus adit ſummam Fridericus ad aram  
Vbiaca Eccleſia, Dapiferq; ex iure Paterno  
Romani Imperij, Comes ac Friedbergus & idem  
In VValtpurg Dominus, maiorq; Diaconus ille eſt.
6. VVilhelmus VVunibaldus in æde Diaconus alter,  
Imperijque ſacri Dapifer, Friedburgicus idem  
Ille Comes Dominusq; ſimul VValpurgicus intrat.
7. Poſtq; Philippus adeſt Comes, Illuſtrisq; Dynaſta  
Ex Hohenzollren, Siegmaringa, atque Veringa,  
Archi Romani Imperij Camerarius idem,

9. Fran-

8. *Franciscus Bernard Princeps Nassovius ille, ab Hadmar, Cattineliboci, Diez, atque Vianda Illustris Comes, in Bilstein Dominusq; gubernat.*
9. *Ioannes Carolus Comes hinc succedit a vitus De Schvartzzenburgo, atque Hochenlandsbergius Heros.*
10. *Franciscus Comes Ernestus Dorstweilerus, atque Krichingensis adit Pittingensisque Cathedram.*
11. *Metropoli Hermannus stat Marchio in Æde Badensis. Hochbergusque, Susenbergus Landtgravius, amplius Ebersteinensis Comes, ac Sponheimius idem*
12. *Hinc Comes à Manderscheid, Blanckenheimque sub Ara Otto Ludovicus, Keyl, Falckensteinque videtur.*
13. *Fernandus Rudolphus idem jus obtinet hac in Æde Cathedrali, Furstenbergensis a vito Iure Comes, VVerdenbergensis utrimque Dynasta.*
14. *Fernand Franciscus Comes hic de stirpe VWedanus; In Ronckel Dominus, simul Isenburgicus intrat.*

*Excellens Hisce est Vbiopolitana Cathedra Principibus, Ducibus, Primatibus atque Dynastis, Et si fata vocant, gremio succedit ab hocce, Illustri, cui vota sarent, dignissimus Archi-Præsul in excelso solio, cui fausta precamur. Odonus sequitur numerus, quo Presbiter omnis Cappituli in gremio Canonum de more receptus. His etenim post illustres sublime sedile Scanditur, & pariter cum primis vota ministrant Qualiter, & quando monumenta vetusta docebant, Ni quis foris volet talem sustollere morem.*

PRESBI-




PRESBITERI, CANONICI,  
CAPITVLARES.

1. **P**resbyter hic primus. Seniorq; videtur in aede.  
Nunc Adrian Valeburg sacratus Episcopus Adri-  
Anopolis qui Suffraganeus Vbius idem est
2. Paulus & Anselmus Cuniberti ritè Decanus,  
Spirituales adhac Summusq; Vicarius extat.
3. Henricus Mering Doct̃or de iure probatus,  
Consilij Dator, & longas Legatus in oras.
4. Ioannes Francken de Sierstorff, iuris utraque  
Lauri insignitus, Laurenti in Gymnade Rect̃r.
5. Thomas a Quentell, Doct̃or Clarissimus, illum  
Ad Divum Andream quoq; Praepositura coronat.  
Is Iudex idem summa Officialis in Aula est.
6. Nunc it Christophorus Fridericus Geyer ad Aram.  
Theologivi Doct̃or studij, Vulturque disertus.
7. Hunc Theodorus adit merito Schnabelius ungue.  
Doct̃orale pedum cui iuris contulit Ostrum.
8. Nec minor est reliquis, Ioannes ille Iosephus  
D' Haes, illum Doct̃or pariterque Sigillifer ornat.

Hos Illustre Viros, quèis parta Licentia, queisque  
Doct̃oratus adest, per vota Capitulum adoptat;  
Presbyter Ecclesia ut qui vis de lege colatur,  
Gratia ab his etenim prima prabenda resurgit,  
Indè facultati prabenda secunda, deinde  
Electori omnis collatio competit, & sic  
Illa Trias forti nexu vincloque ligatur.

DOMI-




## DOMICELLARES.

## ILLVSTRES.

1. Illustrem Comitem Matthiam cerno praere,
2. Post Fratrem Leopold : Princeps Medicus  
uterque est.
3. VVilhelmum Ernestum Comitem nunc ordo  
receptat.  
De Manderscheida, Blanckenheimb, atque Gerolstein.
4. Austriacus Sigismundus Dux proximus extat:
5. Albert Sigismund Bavârum Dux, atque Palas.
6. Inde Comes Carolus Fernand Blanckheimius  
intrat.
7. Landtgravius Eriderich, rubroque Dynasta  
galero.
8. Marchio Badenses Carolus VVilhelmus ad oras.
9. Landtgravius VVilhelm de Darmstadt Junior  
Hassus.
10. Ritbergaque Comes, Frisiaque Dynasta orientis.
11. Et Carolus Leopold titulo Dux Lottaris ora.
12. Frans VVilhelmq, Comes Manderscheidenfis, &  
in Keill;
13. Maxmilianus adest Frisia Fernandus ad ortum
14. Frebenius Comes à Furstenberg, VVerd Heli-  
genberg.
15. Fernandus Comes à Manderscheidt, atque Sayna.
16. Philips Theodorus Manderscheidt, atque Gerol-  
stein.

17. Maxmi-

18. *Maximilian Comes in VVertheim, Lavustein,  
Rochefeldique,*
19. *Austriaco Archiduci hac Carolo quoque jura  
Iosepho  
Caesaris Augusti Germano sanguine Fratri.*
20. *VVoiffgangusq; Georg Fridericus, & illius alto*
21. *Stemmata conjunctus Frater Ludovicus Anthora  
De Neoburg Princeps binus, Comitesque Palati  
Ad Rhenum, Iuliaque Duces Cliviaque Dynasta,  
Ecclesia hosce Duces Vbiam veneratur ad aram.  
Sat titulo insigni prouum de stirpe Nepotes,*



## CLERVS.

## IN GENERE.

**C**lerus vox græco ducta est à nomine Cleros,  
 Quod nos latino dicimus sortem stylo,  
 Hinc, quia et el fors, vel Dominus Pars extat eorum,  
 A sorte Domini, Clerici nomen gerunt.  
 Nam confidenter loquitur dio ore Propheta,  
 Hereditatis ipse pars Dominus mea est.  
 Sic, qua jure DEI sunt, pro Rectoribus ipsi  
 Sunt constituti Clerici, Mysta DEI.  
 Quin semper visum est, hominum genus usque duobus  
 DEI Ministris dirigi, duci, regi.  
 Nempe Sacerdotum supremo munere, summâ  
 Authoritate, regio imperio, manu.  
 At presens cum non tangat Tractatus eorum  
 Hic qualitates, jura, privilegia:  
 Ex aquo cessamus ijs de rebus, & ipsum  
 Nunc ex professo gradimur ad Forum Fori,

C

SEPTEM




## SEPTEM COLLEGIA.

## INTRA COLONIAM.

1. **A** Ra Cathedralis præ cunctis usque triumphans  
Ingreditur, de qua iam primum mentio facta  
est:
2. Illustris succedit ei comitatus ad astra  
Agrine deducto Gereon, sumitque secundas.
3. Inde Severinus nitidus fulgente Tiarâ
4. Presulis atque illum Cunibertus in Æde sacras  
Excipit Antistes multa pietatis Alumnus.
5. Collegium Andrea sequitur gestantis amicam  
Optatamque Crucem, cuius par nobile Fanum.
6. Cætus Apostolicus, duodenariumque ordo virorum  
Æde sua sacer est, & habet munimenta vetusta.
7. Scandimus, ecce, Gradus sic aspirante Mariâ.
8. Post insignis Eques Delubra Georgius intrat.

Mittimus Abbatum, Abbatissarumque coruscas  
Cum Baculis myrras, & quorumcunque Paroecias  
Sanctorum Sedes habitacula dia supremi  
Numinis, & reliquos divino jure Ministros  
Claustraque quæ numero sunt infinita per Urbem  
grippinatum, seu dixeris illa virilis  
Virginerve gregis, tacitâ transibo Camcenâ.


CLERVS



CLERVS EXTRANEVS.  
ABBATIÆ VIRORVM.


1. **A**bbatum Delubra inter, Divitense relucet,  
Brunvillense, dein Lach quæis Benedictus in  
Ara est.

Hinc Heisterbacum, Marienstadiumque, Vetusque  
Campus, & his colitur Divus Bernardus, & inde  
Steinfeldensis adest, Knechstedenisque Tiara,  
Pramonstratenses Norberti ex Ordine Patres.



PRÆPOSITVRÆ.


2. **P**ræpositura duplex extra (non tangimus intra)  
Illius primam nobis dat Bonna, secundam  
Tolbiacum, Vbiacis bñie spectantur in Agris.



COLLEGIA.

**C**assius & Socius Bonna Florentius Aram  
Collegiumque tenent, sed Divus in urbe Quirinus  
Nussiadum, Kayfersverde Svuibertus, & Heros  
Kerpenn adjuncta solitur Martinus in Aede.

COENO-



COENOBIA,  
ET  
CONVENTVS.


4 *N*ussia Cœnobiū, Canonū quod ab ordine, nutrit,  
Quodā erat hoc Bacchi Fanū, dein Magdalis Ara  
Tempore Abelvini: (a) sed r̄repositura sacratur  
Vbiacā Comitum Cathedra, sub Prasule (b) Daslen  
Egregijs dotata Viris, cognomine Neuvburg,  
Iamq; Prioratus quem vox modò Teutonis effert  
Ober Closter, & hoc fuit eversum ante, videmus  
Nussiacis hodie subseptum Mœnibus illud;  
Ehrensteina Crucis, Bottenbroich Ordinis ex nunc  
Cisterci, Servitarum Creutzberga Verona  
Proxima Bedtburgi Pater Augustinus in Ara est,  
Anton Isteinam Carmeli possidet Ordo,  
Welchenberga subit, prope Dickam sanctus honorens  
Et cultum Nicolaus habet, Divusque Sebaſtes  
Nussiaci, Fratrum quēis tertia Regula cura est  
Francisci: Sunt ista Monastica Claustra Virorum,  
[a] Anno 690. [b] An. 1161,



PAROCHIÆ,  
ET  
VICARIÆ RVRALES.


5. *C*entum, Octoginta Rus Pastoratibus intrā  
Archidiœcesin quadragintaque Ministris  
Centenisq; quibus stat Cura Vicaria, pollet.

ABBA




ABBATIÆ.  
SEV  
VIRGINUM NOBILIVM.  
COLLEGIA.

6. **A**bbatissarum pralustria Tana coruscant  
Novesii Dedekircha subit, Vilichq, nigrumq  
A tali imposito iam dudum nomine Rheindorff.



CLAVSVRÆ.


7. **K**onigsdorff, hic se Mehr, & Langvaden,  
& Hoven,  
Gnadenhal, Eppinckhoven, Burgbachq, remonstrant,  
Burvenig, Fngenthal, Maria pratumq, Rolandiq,  
Insula, Rulandsverth, Neuvvenverck, atq, suprema  
Antenacum iuxta, Thoma quæ Claustra videntur.



CONVENTUS.

8. **H**ic Maria Forstun, Schillingsq, Capella resurgio  
Fravweiler, Rheindorff, Blatzheim, Berck,  
Kempen & Alfster,  
Huls, Mariabergum, Clara, hic Michaelq, per urbem  
Nussiacam, & Fusenich. isthac Cistercius ordo  
Partim.

*Partim Claustra fovent, Vramonstratensis ab inae,  
Tum Benedictinus, tum Brigittanus, & Ara  
Tertia Francisci, canonum tum regula Fratrum.*



DOMINIA.  
SVBIECTA CLERO.

**I***Am Clero subsunt Dominatus, scilicet illi:  
Bravviler, Bleisheim, Bocholtz, Bertzdorpica tellus,  
Prepositura simul Poppelsdorff: Eendenich; atque  
Flertzheim, Iuntersdorffcum, Kirchsar, Lovenich una  
Heer-Mulheim, Merrheim, Mungersdorppf, Marma-  
giumque,  
Ippendorff, Marvheim, Strasfeldt, Neuvkirchia,  
Kiersta,  
Ossendorff, Schwadorff, nigrum de nomine Rhein-  
dorff,  
VValdorff, Mullendorff, Geislar, per Vilich in uno,  
VVebr; & Vdeshemium ( quod Vdonis Villa beati est )  
Hac loca dicta simul Sacro sunt subdita Clero,  
Verum Abbatys sunt plurima dedita priscis,  
Plurima Collegijs, queis longo jure potestas  
Illa reservata est, ut jus & munia sancta  
Iustitia exercere queant vel tempore quovis:  
Sacrificis verò quia mox Irregula prae sto est,  
Prelatus Gladium Pratori mittit, ut Ejus  
Iudicio & iuste reddantur jura cuique,  
Et castigentur delicta patrata Nocentum.  
Hinc quadam sacris communio juncta profanis  
Altera qua manus est ut rectius omnia fiant  
Præmia digna suis meritis tribuantur, & illos  
Qui mala committunt, bene debita pœna coarctet.*


STATVS

# STATUS

II.

STATIS

II



## ORDO

ILL<sup>rum</sup> COMITVM.

Sicut apud veteres Germanos, Testis & Author  
 Ut Tacitus conscribit, erant quasi Corporis, Atlas  
 Primatum Comites, pariter Regumq; Ducumque  
 Praesidium in Bello, Decus atque in Pace: Comesque  
 A Duce Primus erat: velutique in Corpore (a) Iuris  
 Justinianus ait, Comitum cervicibus omnis  
 Militis inculcavit concredita cura, praesse,  
 Ducere, adhortari, dare spem spondendo Triumphum:  
 Sic Vbiorum hodie, summo sub Praesule, in Ejus  
 Archidiecepsi Comites sunt, usque Secundum  
 Qui faciunt formantq; Statum, Illustremq; Senatum  
 Ordine praclaro, maiorum Illustria propter  
 Stemmata, & excellens Genus alto à Sanguine Patri.  
 In primis verò ob quorundam hinc inde Bonorum  
 Respectum, qua jure tenent sibi propria dicta in  
 Archidiecepsi, vel qua Provincia cingit  
 Feuda, vel hinc alibi sunt dependentia ab Archi-  
 Praesule; & Imperio quamvis ex ordine subsint  
 Immediatè omnes, tum soli Caesari, & Eius  
 Sprensi Imperij Camera de jure supremis  
 Iudiciis praesent, morem, Obsequiumq; Fidemque,  
 Quin etiam summo sint summo in honore Monarcha  
 Imperij Comites, quos secula prisca tulerunt:  
 Sit tamen Heredes, Patriota, sive Vasalli  
 Sint, in Matriculam simul omni ex asse relatà  
 Archidiecepsi, summo Provincia ad unum  
 Scribuntur cuncti ad Comiticia publica Patre:

Cum

[a] l. 42, C, de decurion.

Cum reliquis Statibus, de Re, Utilitate Bonoque  
 Quà Patria, & Populi, Subjectorumque salute  
 Consultant, sua per suffragia, vota que coram  
 Sunt assistentes exercentesque, probatis  
 Iudicibus similes, quod Iurisdictione dicat  
 Particularis, at in magno (quod separat Aula)  
 Conclavi, tanquam quæis multò illustrior, atque  
 Dignior est alijs Gradus, Excellentior Ortus.

Aut in Persona si comparere molestum est  
 Legatos mittunt, Designatosque quid Actu  
 Hic opus, attento versantes pectore quique  
 Prospiciant, curent omium quid postulet alta  
 Maestas Gravitasque: ad Eos quam deniq; primùm  
 Nobilium coeunte Relatio ab Ordine facta est,  
 Voluitur hæc acri sub lance Relatio mentis,  
 Et demum sin justa inventa probetur, eorum  
 Communi accedat, Patrie pro fruge voluntas,  
 Et sese ad normam recta rationis aperto  
 Conformant voto, quo sic sine fraude, peractio.  
 ( Ordinibus reliquis veteri de more, vocatis,  
 Nobilitate, dein civili Corpore ( docto  
 Eloquij Goldschmidt quo pollet Syndicus ore: )  
 Ad Primum, Illustremque Statum, venerabile nempe  
 Collegium summa Cathedrale quod exit ab Ara,  
 Patrie Onus partim partim Utile, tumque Salutem  
 Unanimes referunt, tum cetera commoda Pacis;

Omnia jura tenent, Indultaque singula, & omni  
 Per terras & aquas, Rheno Rurique fruuntur  
 Libertate, manus subscriptio sola, vel horum  
 Agnati fuerit si Appensio visa sigilli,  
 Immunes vivunt, gaudentque favore, Bonoque  
 Que Status antiquo hic de more ac jure requirit.

Iamq; per illustres Comitum quos possidet isthæc  
 Vbiaca in Patria Dominatus Ordo, sequuntur:

Bedt.

Bedburgum, Comitum de Salm Residentia, Castrum,  
 Oppidulumque illi paret, post mentio cuius  
 Particularis eris, Comitum sunt insuper ista  
 Iure loca, à serâ serie deducta Nepotum,  
 Helpenstein, Roesbergh, Hackenbroch, Alffter & Erpe.  
 Agrippinensi Illustres dominantur in Aduo-  
 Catiâ Comites de Bentheim jure Vetusto  
 Per Pagos Volckhoff, Bickendorff, Longerig & Lindt :  
 Terra Vrimates reliqui, reliquique Toparcha  
 Imperium servant, patrioque ex asse gubernant.  
 Ecce Statum subit, aut fundi aut ratione Bonorum,  
 Archidiceps Comes Illustrissimus omnis,  
 Cujus in Arcano Comitum bona singula, perque  
 Subiectos hodie concurrunt, quotquot ab ipso  
 Vel tutela beat protectio Praesule servat.

1. Efficit, ergò, Statum Comes Ahrenburgicus, atq;  
 Dux Ansbottanus, Croius, Princepsq; Rebecques.  
 Porcean, in Mont Cornetto Margravius alius,  
 Laillanus Comes, & Segenem, Dominusque Brieni,  
 Hall, Engiènus, Eques simul Aurèi Valleris, Archi-  
 Pincerna Vbiacus, tamen hoc ratione bonorum  
 Ahroweileranam propter, quam servat in illa  
 Vrbe sibi Turrim, cuius tenet ille cacumen.

2. Illustris Comes huc Praesesque Ericus Adolphus,  
 Fraterque Illustris, bini de sanguine a vito  
 In Salm, Reifferscheidt Comites, per Bedbur, & Alffter,  
 Et simul in Dieka, simul Hackenbrochque Dynasta;  
 Archidiceps cognato ex asse Parentum,  
 Multa per annorum labentia sacula dudum  
 Archi-Marescallus Senior, generosus ob Alffter,  
 Et bona per Bonnae Satrapiam, tumq; per ipsum,  
 Hulchradii fundum, quo pradia multa recenset

3. Illu-

3. | *Illustris Comes, accedit Dominusque Toparcha,  
De Manderscheida Comes ac Blanckheimius,  
Heros*

*Iunckerodanus, Daun, Erpp: supremus & Archi-  
Præfectus diversorum ratione honorum,  
Perfundum Erpenæ subiectum perque secunda  
Arva Drachensfelsæ, montes infraque supraque.*

4. | *Illustrisque Comes subit Isenburgicus ille,  
Grenso vii rector, legum quoque lator in Hersbacle  
Atque Arienfelsæ Dominus, qui Velleris auri  
Est Eques accedit Lyncensis pignoris ergo.*

5. | *Illustris Comes à Marck, de Schleid, Baro Cy-  
maius,*

*In Saffenburgo, Serein, Kerpenque Toparcha,  
Et Marchionatus Francomontensis hic Advo-  
catus habet patrium jus, qui ratione honorum  
In Meyl & Vesfeldæ concurrat in Ordine & Anno.*

6. *DE Bentenhemio Cemitæ huc advocat Advo-  
catia in VVevelinghoven, quo jure Coloni,  
Iam dudum regnant, terramque solumque gubernant  
Ut dederant Proavi ad claros transire nepotes.*

7. *DE Rennenberga Comes Hochstratenus in  
usu.*

*Hic quoque spectatur propter sibi debita quondam.*

8. *Vlrnburgusque simul Comes hic ratione honorum  
est.*

*Qua prope Nurburgum, quod suspicit Eiffliæ, servat.*


9. **P**rodit jure pari Illustris sua jugera propter  
Trans Altenviedam Comes atque Toparcha  
Saynus.

10. **D**eque Gerolsteino Comes hic ratione suorum  
Iuxta Nurburgum, tum circumquaq; benorum,  
Ius tenet, atque suum confert ex ordine votum.

11. **I**llustris Comes à VVeda de lege bonorum  
Per Neuverburgum VVesterwaldensibus inq;  
Rupibus, & grémio summoque cacumine montis.

12. **H**ic Possessores spectant bona plurima propter,  
VVinnenberg, Roesberg, Harde Cardorff,  
Hemmerig & Lintz.

Hisce bonis sua nunc Comitum, possessio crevit  
Inque diem multum sumit felicibus astris  
Augmentum, Dominosque facit praescribere Plebi.



## BEDTBVRGVM.

**B**edtburgum Comitum de Salm Residentia, iuxta  
Ervatis undesam, strepitantia murmura, ripam  
Iucundus locus est: & habet vicina per arva  
Insignes villas: Dominatus continet in se  
Scilicet hos; Bursdorff, Bucholtz, Erproede, Blerickque  
VVinkelheim, Gattenberg, Arvenheimq;, simulque  
Kirdorff, & Garstorff, Fleistett, Huckelhoven & inde  
Fravweiler; Tali est omnis subjecta Toparcha

Eius

*Ejus & Imperio Comitis, Gens rustica circum.  
Qua gerit obsequium pariterque obtemperat omni  
In rebus quæviscunque, uno sin annuat ore.*

*Hoc feudo-ligio, Siffrido (a) à Prasule quondam  
Investita fuit stirps Reifferscheidica, verum  
[Per dotem quanquam ad Dominos Possessio Castrum  
Tum Lymburgenses Comites, tum Neuvvenar exim  
Transit, hunc hodie Comitatum in Iure priori  
Ob motum patriæ bellum, (b) post funera demum  
Iam dicti Comitis de Neuvvenar, obtinet usum  
De Reifferscheida, Comes, Illustrisque Propago,  
(Posteritasque dein) cui Iurisdictio nunc est*


*Sentyt arma diu Bedburg incommoda Martis, (c)  
Oppidulum Castrumque simul, cui nulla pepercit  
Machina Bellona, sed nunc instructa ruina est,  
Tempore præterito Comitatus Nobilis, Vna  
Arx Comitis, nam præda fuit pretiosa supellex  
Auri ac Argenti, tam VVimmariensibus, Hassis,  
Quam Suecis, patriam primo hi vastando fremebant  
Exspoliare etiam robustas mœnibus arces  
Æquatasque iugis turres sed Posthuma Pacem  
Amnistia dedit, Damnumque resarcit omne :  
Hinc Comes ipse sibi voluit gratariet, illinc  
Rusticus exultans ridentes frugibus agros  
Visit, & ubertim collectat in horrea messem,  
Hostilem nec habet mucronem Rure timendum  
Qui prius extorsit, percusso tergore, nummos  
Atque gravi vitam redimi cogebat in ære.*


[a] An. 1291, [b] An. 1585. [c] An. 1652.

STATUS

# STATUS

III,





O R D O  
E Q V E S T R I S.

**H**is ita descriptis pennâ prosperante Dynastis,  
 Cum quæiscunque suis amplexibus inter utrumquæ  
 Ius sibi quod sacrum servant regimenque profanum,  
 Nunc lustrare Equites, clarosque Heroas ab ortu  
 Mæsa jubet, quorum stat pectore nobile robur  
 Et Virtus, sed Eques Generosus, Nobilis ecquus  
 Censendus? num fortè viam Virtutis inire  
 Cui Natura dedit? cui mens excelsa trecentas  
 Sectari dotes? reor esse, quod affero verum.

Nam si quod vera sub Nobilitate coruscet  
 Elucetque bonum (si vera Boëtii habetur  
 Mens) est quod solum videatur id esse necessum  
 Nobilibus, ne quid Patrum à virtute recedant  
 Degeneres, claris & qui natalibus orti,  
 Anteferendi aliis meritò, meritoque colendi,  
 Majorum si illustre Decus si Encomia, Laudos,  
 Virtutes, Famam, bellè res denique gestas  
 Aut superare queunt, aut certè aquare laborantia.

Verè lex populi non est spernenda Rhodensis  
 Qua desciscentes Proavum à virtutibus olim  
 Exheredabat gnatos, sed maxima vis est  
 Nobilitatis, eos inter quæis publica cura  
 Res fuit, & bellè gessère negotia, quique  
 Magnanimos vario belli in discrimine sese  
 Exhibuère Viros, hos nobilitate perenni

D

Nobilitas

Nobilitat Virtus, Acies, & Vulnere chara  
Pro solâ Patria & populi suscepta Salute.

Hi sunt, ad seros qui gnauiter usque Nepotes  
Ius ex asse suum, Majorum stemmata, ceras,  
Non modo transmittunt, sed stigmata, vulnera, crudas  
Atque cicatrices ostentant, amula ut illis  
Posteritas Patrum virtutes rite sequatur:

Nobilitas etenim debet virtutis habere  
Concomitativa, & sunt hæc tum vulnera, tum quo  
Stemmata; stemma quid est? nil quam virtutis auita  
Symbolon, & verum patrii splendoris & usus  
Prototypon, certo quo tanquam pignore, honestos  
Ad mores, vitam, decus, Acta imitanda tenemur  
Firmiter, ut Patrum vestigia trita teramus.

Vt duplici constat Respublica tempore, Pacis  
Scilicet & Belli, simili planè ordine duplex  
Nobilium Genus est, ad Bellum scilicet unum,  
Ad Pacemque aliud: Primum acri Marte tuetur  
Imperij Fines, quos amplificatque: Secundum  
Consilio iuvat & Prudentia & Arte gubernat.

Hinc Romanorum pulchro fuit illud in usis  
Nobilium, quod in hisce suos plerumque duobus  
Mirificè optabant Gnatos excellere, ut essent  
Nempè domi in dandis pro reque locoque probata  
Consilijs o. acla, foris fortissima belli  
Fulmina, belligeri Pugiles & pectora Martis.  
Curita; Nobilitas qua virtus stirpis auita est,  
Atque pari passu cum libertate gradatim,  
Indultis gaudens & curæctis illius armis,  
Per populos & regna Patrum longasque per Vrbes  
Ambulat, à qua vis colitur quoque Gente, volebant  
Clarorum post Fata Virum monumenta valere,  
Qui pro communi Patria tutamine vitam  
Liquissent; tererentque Patrum Vestigia dulces  
Stemmatibus antiqui celeberrima pignora, Gnati.

Hinc

Hinc, audi, quarta quid cantet Horatius Oda: (a)

Fortes creantur fortibus, & bonis  
Est in Iuvenis, est in Equis parum  
Virtus, nec imbellem feroces

Progenerant Aquila columbam,

Virtutes patrie, non consuetudo, nec usus

Nobilitant claros. Et deus rite vocabis  
Videns leu Aquilam quod per sublime volantem

Pectoris excelso nisu sectentur, eamque

Defendant, teneantque manu. Gnati estis Abrami?

Ergo opera Abrami facite: es Vir Nobilis euge,

Non tibi Majorum sectari sufficit aeta,

Curriculumque sequi, quos concomitantur honores,

Sed Caroli Quinti facinus memorabile, summi

Magnanimumque Ducis debes pro onere forti

Pectoris atque animi luctamine, nempe Columnas

Herculis, & gressum PLUS ULTRA figere, ad illam

Virtutem aspirans, quae dici Heroica possit.

Nobilitas etenim tanto plus laudis habebit,

Quanto virtutis plus adjungetur auito

Splendori. canit hoc bene noto in Carmine Vates:

Tota licet Veteres exornent undique cera

Atria, Nobilitas Sola est atque unica Virtus.

Nunc ut Propositum nostrum tangamus, & illam

Vincamus partem, nostro qua carmine tangi

Debet, & Vbiaci stabilis Possessio fundi est,

Eloquor: hac unum producit nobile Membrum

Archidicepsi, nimirum Clarus Equestris

Ordo Statum format, qui tertius ordine surgit,

Idque vel ob generis splendorem stemmatis ortam;

Sive Dynastias propter, possessio quarum

Ampla per hanc sparsa est Ditionem, clarior unda

Illustrisque magis Titulus debetur eidem:

Doctor & Orator praclari est Ordinis hujus

Syndicus, Hermannii calamo fauendus & ore

Tales

[a] lib. 3.

ARCHID. COLON.

Tales sunt namque Heroes Dominatibus hisce  
Inq; Dynastijs, Summa, ac Media, Infima demum  
Rectores summos quos Iurisdictio summo  
Et proprio de Iure colit talique gubernant  
Imperio, his qualis jam dicitur esse potestas.

Ordine in hoc omnes patria totius Equestri  
Conveniunt Equites, cuius mysteria verbi  
Germani, Graciq; notant, nam Teutonibus ore  
Gestit Eques Ritter, graia vult voce vocari  
Rityr, & haec vox est id quod Servator, utrimque  
Quod Patriam virtute juvent, & robore seruent,  
Bella procul pellant, cunctis sua corda periculis  
Opponant, ne quid persentiat incola damni

Verum ne temere se qualificantis ad huncce  
Cujuscunque Statum Persona admissio fiat,  
Discutienda prius sunt stricto examine Signa,  
Armaque majorum tribus indaganda diebus,  
Qua tum Collegio coram exponuntur Equestri.  
Ut si contra habeat quicquam quis dicere, dicat;  
Cur admittendus non sit qui postulat illi  
Se sociare choro, Clypeus nisi protegat istum.  
Hinc ad Concilium, patriae ad Comiticia tales  
Neve admittuntur, neve annumerantur, ab uno  
Egremio donec solennia praevia, iusque  
Iurandum fuerit de consuetudine factum,  
Tum generis splendor, Bona tum, Possessio tumque  
In patria constant satis ante superque probata.

His ita praemissis activum ex ordine ducunt  
Primorum confessu, inter Comiticia, votum,  
Censentur patriae Proceres, illustria Membra,  
Iuribus, Indultis, Regalibus usque fruuntur  
Omnibus, Officiis gaudent maioribus, imò  
Vectigali undam, venatibus arva ferarum  
Libera, aperta tenent antiquo ut more receptum est.

Ista quid attingo? maiora canenda supersunt,  
 Constituuntur ij (modo Martis & Artis in Aula  
 Egregii Pugiles excellentesque probentur :)  
 Ambimanni, Satrapa, generosi atque Toparchæ,  
 Consilijs iuncti Consulta Oracula promunt,  
 Et Mareschallatus funguntur munere, magni  
 Aularum Praefecti, Assessoresq; creantur,  
 Ad summam metam, ad summos tolluntur honores,  
 Legati sunt, Respublica gaudet iisdem  
 Pro defendenda Patria Tutoribus, hastam  
 Aut hastatorum decursum, dicis, equestre  
 Tornæamentum agitant reddunt seseq; capaces  
 Stemmatis & generis si iusta probatio fiat,  
 Ad Præbendarum dona Ecclesiastica, in Aris  
 Metropolitanis, Cathedralibus Aedibus, inter  
 Quos etiam magni Proceres, magniq; Monarchæ  
 Suspiciuntur, & hæc pro conservamine prisca  
 Laudanda est hodie multum observantia stirpis,  
 Germanos inter, quæis hæc antiqua probantur.

Ordo Nobilium, fulgens Equitumve Corona  
 Est ager omnigeno completus semine, de quo  
 Ampla seges messisq; exit latissima quoque  
 Præcipua Imperij vires prodire videntur.

Hinc quando nulli communi in plebe supersunt,  
 Præclara Generis qui Nobilitate, Graduve,  
 Excellant reliquisq; sient dominarier apti,  
 Magna solet passim fieri confusio rerum,  
 E contra vero certum est ea Regna vigere,  
 Esse beata, etiam dici immortalia, per quæ  
 Nobilitas numerosa micat: sic Persia, diro  
 Cum modo Tartaria, Saracenorumque furore  
 Sub tumidum fuit acta jugum, virtute frequentis  
 Nobilitatis (idem cujus plenum undiq; regnum est)  
 Libera ab externi facta est dominatibus Hostis.

Tantum

Tantum Nobilitas pollet, tanti illa puratur.  
 Plebeisq; etiam longè præfertur in omni  
 Iudicio, Voto, Consensu. Consilioque  
 Militia, gressuque, Fide, Republica. & Aula.

Iam quia iura tenent quam plurima, crebrius inter  
 Qua sese præbet, venandi jus, vel agendi  
 Sectandique feras, civili jure cuius

Permissum, quâ terra quidem patet unda, vel Aër,  
 Tamque Locus proprius, quam publicus: inde severa  
 Sub pœna vetuit Fridericus, retia silvas,  
 Publica perque loca. & terram disponere, causâ  
 Venandi, laqueosq; alia instrumenta ferendi.

Postea Principibus, Patria primoribus, atque  
 Nobilibus, Dominis Terrarum, legibus æquis  
 Edicto generali etiam, jus omne per omnem  
 Venandi terram cessit, perq; alta statuta  
 Illud ademerunt subjectis, nempe Colonis

Qua naturalis sic juris ademptio non est  
 Injusta, idque quidem quando præscriptio longi  
 Temporis atque usus accesserit, immò probata  
 Germano-antiqua sit consuetudine fulta,

Hinc belli rerumque comes venatio belle  
 Dicitur, & veterum summè est laudata virorum,  
 In scriptis, etenim sub primam surgere lucem,  
 Ire, Equitare, vehi, densos percurrere saltus,  
 Observare feras, jaculoque laceßere, frigus  
 Imbriferamq; Hiemem, ac summum perferre calorem,  
 Sæpe famem, junctamque Sitim tolerare necessum est.

Magni olim venando duces (quos inter habetur  
 Magnus Alexander Macedumq; monarcha (per annum  
 Sæpe levamentum oblectamentumq; suimet  
 Corporis atque animi cepere, etate sed ista  
 Hac nostrâ plerique Duces, Proceresque paternum  
 Armata jus venandi defendere dextrâ  
 Occipiunt, adeo, ut consortem ferre recusent

Exter-

Externum, summoque sua discrimine Vita  
 Venatu invigilant silvas & lustra ferarum  
 Atque feras ipsas in noctem à mane fatigant,  
 Inde nitent horum vel qualescunque Trapezæ,  
 Mensarumque trabes circumstipantur opimis  
 Carnibus Aprorum, Leporumque ferina sit esca  
 Diversi generis, quidquid nemora alta ministrant,

Nunc quia feuda insunt Patriæ quam plurima, nêpe  
 Per bona Nobilium, discurrere pauca libebit  
 Desuper; a priscis sunt moribus orta Quiritum  
 Feuda, etenim ex illis pars magna remansit ipsæ  
 In patrijs, quæis tunc Agros fundosq; subinde  
 Usque Clientela sub nomine Romulus atque  
 Romani concesserunt, hinc bellica iura  
 Sunt quasi, Feuda, tamen proprio sin utere sensu,  
 A Fide, & à fido præstandi munere feudum  
 Dicitur, estq; Fides hæc subsistentia Feudi,  
 Vox etiam alludit Feudum de fœdere dici:  
 Sit quodcunque volet, Feudum est immobilis ipso  
 Prompta Rei ex animo concessio, sive facultas,  
 Utile jus Fundi bene transportando, retenta  
 Proprietate, sub obsequijs promptaque volendi  
 Mente, Fideque, suo quam jure Vasallus a vito  
 Præstat Hero, Vbiacus sic Archi. Episcopus intrâ  
 Archidioxesin sibi plurima Feuda reservat,  
 Hæcque Vasallorum confert pro tempore in usum  
 Elector quoties novus intrat, sive Vasalli  
 Post mortem, Feudum de possessore suummet  
 Transit ad Hæredem, qui Proprietarius extat.

Masculæ hæc inter quadam, sed pauca: vetusto  
 Iure quidem, verum promiscua cætera sunt.  
 In quæ succedunt Gnate, Agnati que propinqui,  
 Longinqui sicut hæc Processus causa, sed inter (a)  
 Archipatrem atque Statum conventum est nuper  
 Equestrem

Desu-

[a] An, 1660.



ARCHID: COLON:

*De super aeternum valituri foedere pacti.  
 Hec etsi nimium sit res Indaginiis alta,  
 Vt pote quam multi scriptores fusius urgent,  
 Hanc tamen hic placuit paucis attingere verbis.  
 Sufficit ut Patria hac tali ditetur honore,  
 Hocq; Vasallorum numero, quos cernis ubique.  
 In quovis casu constantes atque Fideles,  
 Vel si Praesul orans Campos intrare, vel alta  
 Vult servare Aquila nervum mittendo Gradivi,  
 Ut patria indigetes optata pace fruantur,*



ARCHIDIOECESIOS COLONIENSIS  
 SEDES NOBILIVM.

**N**obilium Sedes, Equitum munimina & arcus,  
 Praclare natis cum possessoribus intra  
 Archidioecesim nunc accipio carmine; primo  
 Bonnensis Satrapia subit cum Turribus, atq;  
 Turibus antiquis, isthic qua continet ordo,  
 Enderig est Hausten, sed nunc VVeix possidet illud;  
 In Rammelshoven Metternich, Spiesque refulget  
 In Burstorff: Scheifart conseruat limina Deastorff;  
 Ast Morrenhoven Schal de Bell, iusq; capescit  
 In Rheindorff Gymnich, Goer Meutinghoven &  
 Ilem:  
 Dottendoiff Enschring Gebertshahn Hemmerig,  
 estq;  
 Schall Lufftelbergæ Dominus, Possessor & Hares,  
 VValpot Bornhemii Dominus qui regnat ibidem,  
 In Vilich Blanckhart de Goehoff proximus extat,  
 VVeix in Roesberga: Roistorff sibi comparat à VVolff:  
 Lyskirchen Transdorff, Sternenburg Heufftque  
 potitur, Brulen,

*Brulensis Satrapatus adest, primoque videtur  
Kendenig, alta domus, quarens ex asse gubernat.  
Metternich Metternichij successor avorum est,  
Herschel Vochemium, Sedem & sibi vindicat Arcem  
Qua d servat Rendorf, Palmesdorff, Zuvveifel, & ultra  
Bolandt in Kuilsheck qui VVilerschuvistius Heros,  
In Kitschburg VVolffskehl, Cleburg modo Gymnich  
adintrat;*

*In Sechten Siegen, Nesselrath, Efferen & Frcns,  
Weis Bellinghusen, Geisendorff Gailius optat:  
In Glevvel Collen, Schall olim sederat illic;  
Teutonicum Her-mulheim Castrum quod tollitur  
altum,*

*Et Wilersvivism Ioannis possidet Ordo,  
In Schvvadorff Schall est, regnat per Keldenig  
Anstell,*

*Pfeil de Scharffenstein Hornbell nunc promover,  
estque*

*Vicina Brassart VVeidestorff Incola terra.*

*Lechenio transcendendo Nemus villamque propinquam  
In Gymnich Gymnich, Dirmetzheim Gymnich &  
optat,*

*VVolf de Metternich sibi Grachtam servat in usu.  
Loh Conradtshemium, Qua d Bulchfeldt incolit  
Arcem,*

*In Bergerhulsen Bongart, Scheiffartque Merode est.  
Reuschenberg Blatzheimb, & Reuschenbergus in  
Erpe est,*

*Zuvveifel & Erpe tenet, Flans Aldenrodtq; refrenat.  
Mulhemij residet Schall Bell, sed Boulig ibidem est;  
In Boulich Mulstroh: Busch Hall de jure reservat,  
Per Bulleshemium Bourscheidt utrumq; coruscant:  
Freishemium Stolberg, HohenEck & VVimmarus  
intranat,*

*In Muggenhulsen Schellart se surrogat Arci,*

At Muddershemi regnat Kindtsuweiler, & inde  
In Meyl Quad Dominus, Ronckell Hertzgenque  
videntur

In Flertzheim Schall est de Bell, Possessor & Arcis,  
Nunc Heimertzhemium tenet Horst à Patribus illud,  
Balleq; cum Kriegshoff Buschman sustollit in altam,  
Meckenheim tenuit Meckenheimb, cernimus Vrbes.  
Harff Sintzig, & Weis se Vettelhoven adunant,  
In Sahra Blanckart Dominus, nunc Ara suprema est.  
Creutzbergam Leyen, Quad jam sibi quasit illam:  
Weis, Bourscheiät, Blanckart Ahrweiler in Vrbe  
coluntur.

Putzfeld in Calmuth, Metternich Staffel & in  
Pruck,

Keffel de Putzfeld: trans Hardica devehor arua,  
In Vischel Gymnich, VVeix, Crummel VVeyer  
adoptant:

Est Cochenhemij Roist, ac Godesnovius alter.  
Metternich, Raitzheim, Spies Kirspenig; Horstius  
Arlouff:

Zur Muhlen proprios Metternich possidet Agros,  
In Ringsheim Forst de Lombeck jus obrinet amplum.

Hinc Andernacum gradior, per mœnia cujus  
Intranti (paulum distant hac atria tectis)

Bina Domus, veteri, hac una spectatur in Vrbe,  
Hanc sibi de Leyen, illam sibi vendicat Hausten:

Hic Satrapia venit Namedy, quâ considet Husman,  
A Saffigh von der Leyen conscribitur, atque

A Rheineck Comes à Sintzdorff, Burggravius altus.

VValpot ab Olbruggen, Metternich Hulsque tuetur,

Ad Lintz descendo, in Lubsdorff Selbachius, inque  
Dadenberg Lulsdorff, antiquo jure fruuntur,

In Breidbach Breidtbach, veterem si transeo VVedam,

Stock-

Stockhusen cerno, quod Nesselrodus auget.  
 Ehrenstein propriat sibi Nesselrodus à Stein,  
 Devehor inferius Rheni de montibus, intrans  
 Gudesbergensem Satrapiam, Melhemiamque,  
 Dachenfeltz surgit sublimi in monte, quietà  
 Per Gadesbergam Meckenheim sede locatur:  
 Nesselburg sese Metternich esse fatetur,  
 In Muffendorff Stein à Tricht sua scuta reponit:  
 A Godenavv VValpot Dominus conscribitur Hares,  
 Huc in Odenhusen consedit Distelin usque  
 Hillesheim Berikum tenet, ille receptat & usum:  
 Hulckradij ad fines propero, mox Anstel in Anstel,  
 Frens Neverburgi, Bourscheidtque resurgit in  
 Hœning,  
 Harff in Velbruggen, Blittersdorff claret ad Arffiam,  
 Reuschenberg Selikum, Landolff sua pramovet in  
 Lulsch:  
 Muchhausen Kessel, Hœsteden Schlauchius intrat:  
 Lieck sedem in Diekrath: Sirevesdorff possidet hares,  
 Lovventhal VValeburg, Hundt Bulch sibi detinet,  
 inde  
 Roist in Gloen splendet, Comitum quò jura recurrunt:  
 Fines attingo Bedtburgi in partibus, Arx hic  
 Vna Gerardshoven, quam Ketzgyn possidet, una  
 Fleisteden quam Frens olim servavit & ultra,  
 Hic Lydbergensis Satrapatus surgit, in illo  
 Lovvenburg prodit, quà jus habet Hœvelich amplum:  
 Frens in Kleinenbroick, illic quoque cernitur Hoffium,  
 Deutz zu der Kouhlen: in Gustorff Frens, quoque  
 Mirbach;  
 Dort Horst Dominus Steinhausem possidet Heister,  
 Fuerdt colit Hochkirchen, Kalckum Loveburgque  
 tuetur:  
 Schlickum est in Schlickum; Metternich Rœde reser-  
 vat;

Holtz

Holtz colit & Brachel, *cujus possessio salva est:*  
 Frens Odenkirchen regit, is Possessor & Arcis,  
 Altenbrug Mulford: Fuerd Sahr, Guderodtque  
 Nivelstein:

*Kempensem accedo Satrapiam, Oedamq; propinquã*  
 Virmundt in Nerlen, VVachtendonck floret in  
 Hulsdonck;

Altenhoff Ducker, per Mærshoff Linzenig, atque  
 Per Gastendonckam, Nivenheimb in Rœde tenetur,  
 Roist in Malshoven; Bollverck Holthausen adau-  
 get,

Capellè Broichaus; VVeyenhorst permanet in Dunck,  
 In Niersdonck von der Pfortzen, sedet Efferen in  
 Forst:

Brienen habet Clærath, Bisterfelt Morian ornât.  
 In Felden Quad est Raurenberg Hemmerigintrat,  
 Finem Lynna facit, vicina Vrdingaque, totum  
 Cernere parte datur, licet hic descriptio non sit:  
 Lintzenig in Schakum: Gripsvalt sibi vendicat  
 Holroff,

Clauth Solbrug tenet, Ham Backum conservat &  
 implet,


Offenbroich Boeckumb: atq; Offenbergius in Broech,  
 Quad Kolenburgum, Neuhoff sed possidet à Reck:  
 In Lathum Bavur est, Zoppenbroch Quade tuetur,  
 Cernitur Huerdt in Pelsch; Norpraht Dickhoven  
 amavit

Preuth Kaldenhausen servat de jure vetusto:  
 In Dieven Bernsawv sed Metternichius in Rath:  
 Lynna tenet Backhoff: Brembthoff Vrdinga reservat,  
 Cernitur ulterius Rheno-Bercensis ad oras  
 Eyl; quod habet Pallant: Raesfeldt adiungitur  
 Heydeck,

Debetur justo Strouven Geline trophæo:

In Diepram Bockhorst; Turrim sed Lyntzenich ornat<sup>o</sup>  
 Langenhorst: VVageburg poscit zur Stegen & Illum<sup>e</sup>  
 De VVachtendoncka Langendonck possidet Heros:  
 Offenbergh ubios eingat, quod jure probatur,  
 In Buedberg Cassel, VVu ff. kull spectatur ibidem  
 Alpen concludit: Comes hanc Benthemius, illam  
 In VVevelinghoven, binas is possidet arces.

Nobilis en Rheni Tractus de Iure vetusto,  
 Nobilitate simul cum stemmate fulget abunde,  
 Nobilitate, inquam, radiat, veneratur, honorem  
 Obtinet Eximium, quia virtus nobilis, ipsis  
 Nobilibus genita est, patria hinc decoratur, & omnis  
 Subditus ad nutum qui fictus factus eorum est.  
 Iam transire placet Rura, Æmsurique Fluenta,  
 Cernere qua par est Agrippinensis ad illam  
 Archidicecesis partem, vel dispare fundo,  
 Quamvis unus Ei Dominus scribatur, & omnem  
 In plebem teneat ius imperiumque supremus  
 Antistes Præsulque, ubi regnat in agris.



## VESTÆ RECKLINGHVSANÆ SEDES NOBILIVM.

**S**Vb Nesselrodij est tutela Præsidis Hertem,  
 Fonderen Arx ampla est, quam Brembt sibi vendi-  
 cat, atque

VVesterholt VVesterholti fert nomen & omen,  
 Reck & in Horst residet, Vlebergh quoq; possidet illud;  
 Geisenburgh Heinrichsburgum, Keyhorstque re-  
 servat,

Dob Vogelsangum; Berg Balcken Boenen adoptat,  
 VVestrem Gutacker: Drost Becke, in Closteren est  
 Groll,


Qua Loringhoven: Freytag Schorlingen: & ultra  
 Bras

*Brabeck in Brabeck, Hackf. et simul obtinet usus,  
Aschenbroich Maleburg: sed habet Raesfeldi<sup>o</sup> Hammū  
Ham tenet Hammum iterum, sicut Loh possidet &  
Loh:*

*Loh rursus Knippenburgum, Graeff Hassel adintra,  
Versabe Ober-Felding, sed Dael & Daelius auget,  
Servat Overlacker zur L. y. e. hic Nobilis omnis  
Sedibus adjunctis descriptus cernitur, illis*

*Accedit Steckenburgum cum Repeler, atque  
Dringenbroch, Nyrinck Vetten Bocholtzq. deinde  
Agmen agit V Vilprug, finemque in fine coronat,*

*Omnibus optatam submisso corde precamur  
Citra martis onus Pacem, regimenq; beatum  
Ut possessores aulas, arcesq; paterno  
Maternove, quibus Praefecti, iure, vel ipsis  
Praclaris gestis servent, tueantur, & ornent.*




### DOMINATVS NOBILIVM, SÆCVLARES.

*A Tria Nobilium Dominatibus hisce profanis,  
Quas legis, elucent Bornheim cum Kentenig, atq;  
Keldenig, & Kenthen, Gymnich, Meyl, Lyblar, & arvu  
Lufftelbergiacum, Lufftildi in monte beata  
Sacratum quondam, Vischel, Merl, Saffig, & ultra  
Muddersheim, Muggēhausen, Odekirchaq;, Quatrach;  
VVilersvivist, Vettelhoven Lyndt, Nerfer & Anrath;  
Niderdriesa, Vilich, Drachensfels Petra Draconis,  
Horst prope Lydbergam, Seursch, Heimertzheim,  
quoq; Sahra.*

*Cum VVevelinghoven, Helpenstein, Alpen & Issum,  
Zoppenbroch, Buedberg, Offenberg, Huls prope Kem-  
pen,*

*VVonsburgumq;, Vbijs loca dicta videntur in oris.*

ARMA;



ARMA,  
ET  
INSIGNIA.

INSIGNIUM si quis Originem  
Desideratis ambiat usibus,

Evolvat Annales, vetusti  
Historicos adeatque sacra

Ex his patebit Cæsaras arduos,  
Ducesque summos militiæ suis  
Mandasse turmis, ut suomet

Quisque suum in Clypeo notaret  
Certoque signo Non. en, & agminum  
Rectoris, ex quo Lemmate colligi  
Liceret, Heroo quis ausu

Aut trepido steterit tenacem  
Adversus Hostem, Post vice Nominum  
Certas Figuras, certa que Symbola  
Exsculpta gestarunt in ARMIS,

Alterutrum quibus, absque fraude  
Distingueretur Militis, & sui  
Nomen Stategi. INSIGNIA cernimus  
Partes adhuc ætate nostra

Congenitis solida in Pyzeticis  
Explere vocum : & pluribus in locis  
Affigi utrimvis prospicientia  
Aulas, & Aras in perenne

Prototypon Monumentumque rerum.  
Hinc evidenter, nil aliud, patet  
Monstrare primum INSIGNIA nobiles

Quam ritè Personas, quibuscum  
Nata, vel appropriata, surgunt,  
Verum quod Ortum Nobilitatis, &  
Illustrioris stemmatis attinet

Fate mur, & quidem lubenter,  
Præcipuum Titulum, Gradumque

Non

Non absque summo Nomine Regiam  
 Dici potestam, sed Comitum, Ducum, &  
 Magnorum Equestri stirpe Patrum  
 (Imperij moderator olim  
 Dum Ludovicus Tertius) ardua, hi  
 Gradus, fuerunt munia: Cæsaris  
 Ottonis ævo Hæreditatis  
 Quæ Titulum sibi jusque nacta:  
 Et quotquot armis conspicui Viri  
 Stetere primo in limine prælij,  
 Bellæque res gessere Belli,  
 Nobiliumve Equitumve Nomen  
 Illustre sunt nacti, & sibi maxima  
 Ex Hoste victo Encomia nobilis  
 Claræque quævivere Famæ,  
 Quam Comitum sibi scripsit Ordo.



## STATVVM DEPVATI.

1. **O** *Eckoven Iuris Doctor prait, isq; disertus  
 Metropolitana Syndicus Ecclesia est.*
2. **A** *Comitum parte est Beyvvegh, qui grande tuetur.  
 Nunc Vice-ius Comitis, Principis altra manus.*
3. **N** *Obilitatis Agens prasenti tempore Schall est  
 De Flertzheimb, illum deputat ille Statum.*
4. **C** *Ronenbergh Doctor, pollens sapientiâ acutum  
 Os Vrbanorum est, Consilijq; Dator,*
5. **H** *is Generalis adest Statuum, Patriaq; Receptor  
 Strevestorff, de se scribere pena vetat.*

STATVS

# STATUS

IIII.

STATUS  
III



ORDO CIVITATVM.  
MAGISTRATUS.

**G**Rande Magistratus etymon nomenq; Magister  
Præbet, & ille velut Princeps Curator habetur  
Inspectorq; suas qui res quascunq; tuetur:  
Iamq; potestatem quâ se respublica fulcit,  
Et jam Personam notat hæc, quæ celsa ministræ  
Iura Potestatis sublimior ordine prisco;  
Inde Magistratus majorque minorque putatur  
Ex alioque alius dependet, ut ampla Potestas  
Fæt magis atque minus. Præstantia Iudicis, atque  
Iudicij ipsius Maiestas ( omne sub uno  
Complecti lubuit ) certis monstratur ab ipso  
Numine Portentis signis ac legibus, illas  
Namque DEUS primum tulit, has exercuit Author  
Primus, ab humana post conditione statuque,  
Congressuque simul, fuit ipsas esse necessum:  
Idque gerendarum per se communio rerum,  
Exortæ lites, causarumque ardua moles  
Ac quasi plenus ager tribulis, corruptio Iuris  
Ne fieret, dudum voluere; quod imbibit olim

Quintilianæa.

Quintilianus ait sic namque antiquitus Author,  
 Ecce, Magistratus legesque capefcimus illas,  
 Ne vindex fit quisque sui, ratione viaque  
 Iustitia rectâ. Monet hinc, persuadet, & urget  
 Iustinianus, \* ut ad munus tam nobile, dici  
 Quale Magistratus debet, de jure creentur  
 Praclari talesque Viri, castissima quorum  
 Vita, animus recti studiosus & integra mens est  
 Incorrupta fides simulandi nescia, pravo  
 Libera ab affectu, privatis libera curis.

Quaritur hinc an sit consultius, esse perennem,  
 Anne Magistratum certo sub limine, certis  
 Temporibus circumscriptum, magis utile? quondam  
 Iura Magistratus Romanorum annua stabant,  
 Ad tempus Dictator erat, Consulque regebat  
 Ad tempus: summum meruit Traianus honorem,  
 Plinius hoc memorat, quod Consiliarius olli  
 Perpetuus fuerit, fuerit quoque Scriba perennie  
 In Democratia, concludimus ergo, statuto  
 Esse Magistratum succinctum tempore, summâ  
 Vtilitate bono, subiectorumque Salute;  
 Perpetuum sortitur Aristocratia munus,  
 Quando Monarcha regit, nisi Res- & publica quee vis  
 Commoda deposcant aliud. dixisse sat esto  
 Illa Magistratus de nomine pauca, placebit  
 Nunc recto calami specialia tangere cursu.

\*l. 6 C. 10.





## URBES.

**H**oc sic Magistri munere inspecto prius  
 Quo nomen amplum fert Magistratus sibi  
 Lustranda veniunt illa, qua recto ordine  
 Spectant ad Vrbes Interim tamen lubes  
 Nonnulla primum indulta, Privilegia,  
 Et iura dependentia ex illis palam  
 Examinare, & Urbibus postquam, velut  
 Novesio, & alijs, struenda jus datum  
 Fuit Moneta, tale jus quidnam fiet  
 Referre par est? illud, at quondam, graves  
 Penes Trium-Viros monetales erat,  
 Quod transtulere postmodum, imperij Facies,  
 In se Monarcha, Casares magni, quibus  
 Solis id ipsum competere ratum fuit. (a)  
 Hinc ipse Valentinianus, maximus  
 Mundi Imperator suscipi nobis, dare  
 Alijs vicissim noluit nummos, nisi  
 Formasset illos nominis imago sui,  
 Casarea ut ipsis specimen in fronte adforet  
 Authoritatis, Principi vel quod decus  
 Honosq; Inre debitus, sua quoque  
 Ostenderetur sub typis Imagini.

Herodianus testis ut dudum refert,  
 Perennium acri commodus poena (capus  
 Cervixq; sensit) Caesar affecit, sua  
 Is quod Monetam publicam, falsa nimis  
 Curasset informari Imagine, at gravi (b)  
 Hodie tenetur ille supplicio, reus  
 Laeque Majestatis in crimen cadit  
 Corruptor Auri, clanculum vel qui malam

Cudit

[a] l. 2, C. de numm. vet. jure [b] l. 2, C. de fals. mon.

Cudit monetam, & publica in forma modum  
Signat, super quo scribit Authorem negans.

At si nunc queras ex quo desumpserit ortum,  
A permutando dices traxisse Monetam  
Progeniem, sobolesque suas, nam quando domari  
Bella nequiverunt, & summa penuria rerum  
Acre nimis Telam, paulatim emergeret omnes  
Per Patria Fines, nec permutatio tantis  
Par foret, angusto nimium sub tempore, flagris;  
Materies inventa fuit, taxatio cuius  
Publica subvenit rebus quantumque molestis,  
Quæis permuandi fuerat sublata facultas.

Primo sane ævo — cuius frigida parvas  
Præberet spelunca domos, ignemque laremque  
Et pecus & Dominos communis clauderet umbræ,  
Argentum nemo, nemo possederat aurum  
Neve cupido fuit Gazas nummosque tenendi,  
Nam sola fruges, & sola armenta, suaves  
Divitia fuerant, & opum pergrata supellex.  
Cumque videretur reliquis valde esse necessum,  
Ut nummi extarent, illorum nobilis usus  
Commodior tanto poterat cognoscier, illos  
Portatu quanto leviores sensimus, ipsum  
Imo Monetarum post sic urgentibus usum  
Mercibus ex ipso natura semine ductum  
Inquit Aristoteles, quibus abs subsistere nescit  
Qua cunctis cura, Respublica debet haberi.

Nummorum ut usus cepit in patria, statim  
Sunt instituta Nundina, pendunt ea  
Simul à supremo Principum gradu, quibus  
Hæc est Potestas, proximè quotquot jacens  
Urbesq;, Municipiaq; audiri solent  
In Nundinarum immunitatibus, nihil  
Ut fiat, illis quod valeat ullo modo  
Præjudicare, injuriamve subdere,  
Cæsaris in Aula, teste Sixtino, (a) prens

(a) l. 1. §. 9.

Dudm

Dudum receptum est, nostra solennes parat  
 Musa annuasq; Nundinas, dein tamen  
 Addit semestres, simplices demit quibus  
 Mercatus omni septimanâ fit, potest  
 Has condere, instituere mutare, ac simul  
 Etiam abrogare singulis quisquis locis  
 Ex lege iustatæc Magistratus præst.

Est Nundinarum fons origoq; ex Reâ  
 Necessitate publica & Patria bono  
 Exorta, nam Calistratus magnâ gravis  
 Authoritate, maximâ prudentiâ  
 Græcos Vir inter, cum Plato leges daret,  
 Ut Civitati faustus ac felix foret  
 Progressus Ordo, regimen, & constans quies (b)

Apprime vult negotiatores eos  
 Requirit ubiq; cum necessitas roget,  
 Ut Nundina feliciter possent dein  
 Stare, ac vigere, iuribus multis fuit  
 Provisum iisdem, maximum hac inter vides,  
 Quod debitores, quotquot existunt, ijs  
 Stantibus ab omni creditorum onere, iugo,  
 Molestijsq; liberi sint, in loco.

At si forensi publicè quisquam, sua  
 Solutioni facere promisit satis,  
 Contraxerit ve, nil huic quantum Viri  
 Docti augurantur, talis exemptio valet  
 Prodesse quicquam ne vè eo gaudet bono.

Subjunge Musa Nundinis pari stylo  
 Phœbi, Palæstas, Universitatum erunt  
 Facunda sedes, publici qua sunt velus  
 Scientiarum in arte mercatus bona  
 Et liberali, (c) caterum vocat Plato  
 Has academias, studia generalia bend  
 Habentur esse seminaria optimi  
 Cujus libet, quod surgit; ingenij, malè


[b] 2, ff. de aund, [c] l. 17, ff. de iur. patr. l. 4, C. de locis

Vt hac Tyrannic odio, ita hac contra bonis  
 Principibus usq; maximè cura diu, &  
 Noctu fuere, queis labens animus dedit  
 Vocare Regalem Academiam suam  
 Constantè auditorium, doctos Viros  
 Suos Amicos, & suos etiam Patres  
 Quod eruditè crederent nullum statum  
 In rebus esse publicis, (b) cui iubar  
 Aut splendor absq; liceris posset dari  
 Ni comparetur saliter, bonis quoq;  
 Studijs Inuentus imbuatur, qua gerat  
 Deinde Fasces, Prora seu puppis simul.

Australe postquam tetigit Imperium nimis  
 Barbarà loquendi norma, dum cuncta propè  
 Artes jacerent, commode satis, pius  
 Monarcha Carolus magnus & verè quidem,  
 Vt à Gothis, à Vandalis, Hunnis, sacra  
 Indulta Regni, Iuraq; Imperij, bonas  
 Scientiasq; vindicaret, alterum  
 Iustinianum prabuit se se, novo  
 Quando per Italiam, Galliam, & Germaniam  
 Fervore studia pristino flori dedit  
 Vbiq; pandens Artium scholas, ijs  
 Adytuus parando, liberà dotans manum.

[b] Ar. l. 5. pol.





## I.

## ANDERNACVM.

**O**rdine jam recto Patria contingimus Vrbes,  
 Quarum prima subit cunctis famosior, illa  
 Vult ANDERNACUM dici, celebrisq; Teloni  
 Importaturâ Rhenana ubiaq; supremum  
 Archidieceps caput est, Provincia ad oras  
 Rheni Metropolis reliquis ex Urbibus illa  
 Ius habet, ut (quoties summus pro tempore Prasul,  
 Elector patria princeps Comitum Bonna  
 Conscribit, scriptisq; simul graviora Dynastiis,  
 Scilicet Ordinibus proponit pondera) claras  
 Directrix Rhenana loco sit prima per Vrbes,  
 Partim Nobilitas civilis Corpora partim  
 In dictâ faciunt, solidantq; novantque decentes  
 Vrbe Magistratum, succedit quolibet anno  
 Vnus civili, verum alter Consul Equestri  
 Dicitur è cœtu, sic pulchrum inuenitq; Senatium,  
 Hec inter cunctas Vrbs antiquissima flores  
 Archidieceps, quam retro secla priora,  
 Romani occasum versus propè litora Rheni,  
 Contra Germanos bellantes, solis ad ortum  
 Struxerunt, quando Romana potentia tanta  
 Usque sub Augusto capiebat Casare vires,  
 Occidua ad Rhenum, pars defensiva quod esset  
 Finibus usque suis quingentis longius annis,  
 Imperij exemptis Germanis Rhenus ab una  
 Atque alia Gallis fuerat disunctio parte.  
 Nunc, ut tam celebris, qui Rhenus ab Alpibus exis,  
 Ad defendendum, debellandumque rebelles

Inquis

Inque ascendendo descendendo que carinis  
 Commoda multa tulit, Romanis usque maneret,  
 Filius Augusti Dux belli Drusus ad imam  
 Hunc juxta fluvium, summis de partibus oram,  
 Plus quinquaginta monumenta locavit, & arces,  
 Inter quas, etiam praecleara fuisse leguntur  
 Oppida cum Castris; & plura priora tacendo  
 Occiduam ad partem, Rheno qua rite Mosella  
 Iurgitur hic Turris, Nacoque subire videtur  
 Hic Antoniacum, propiusque annectitur Ara,  
 Brisiacumque, Renomagumque, Genesis regis,  
 Inde Verona (alias olim Bona Castra) vocatur  
 Iam Bonna, Archipatris Sedes, Veselunga deinde  
 (Agrippinenses Romano iure Colonos  
 Transeo) Marconium, Buruncum, Dürmagiumque,  
 Novesium, Drusi qua mox nova Castra fuere,  
 Gelduba, & Aschburgum, Calo Albiniana, Vetera,  
 Prater Agrippinas, Vbia se cuncta subesse  
 Hac scribunt Patria loca, magni qua Via Drusi  
 Olim Romulidum Ducis, atque exercitus ultra  
 Ad debellandum Frisos populosque Cheruscos  
 Ductus ad Oceanum fluvium prope littora Rheni:  
 Unde Dioecesis quondam hac Ripuaria dicta est.  
 Et nullo dubitante licet, quam plurima tali  
 Castra Dioecesi fuerint comprehensa, suomet  
 Ista loco tractanda dabo, quia nullus eorum  
 Nomina sat claris expressit versibus Author.  
 Hoc verò antiquis extat memorabile scriptis  
 E castris istis, Romanorumque stativeis  
 Oppida paulatim, Martisque e sedibus Vrbes  
 Surrexisse, inter quas Prima fuisse videtur  
 ANDERNACUM, at nomen huic quis fecerit Vrbi  
 Author, & unde, gravis lis est, nec dicere tutum.  
 Has tamen est multis mens & sententia, quodam

Ex Antonino nomen traxisse, sed ista  
 Sint utcunque velint, antiqua hoc tempora certum est,  
 Nomen amasse diu, poterit tamen omnis ad omnem  
 Desuper ornatum discurrere, qualiter olim  
 Fecerat, istud huic qui nomen contulit Vrbi,  
 ANTENACUM, cuius vis vocis & Emphasis hac est,  
 Ut patet, ANTE NACUM: Rivo quia scilicet isti  
 Antejacet; terra Meinfeldi è saltibus, Vrbe  
 Haud procul à media qui manat in organa Rheni  
 Caesaris hac Valentini Vrbs decorata sepulchro est.

Hanc alias \* Primus Fridericus nomine firmis  
 Turribus & Muris pius Archiepiscopus urbem  
 Munit, indultis ipsam plus mille beavit,

Hi Pagi Mysenheim, Kehl, Namedyque propinqui  
 ANTENACO subsunt: Mysenheim undique circum  
 Atque in vicinis Meinfeldi partibus, imò  
 Effodiuntur humo grandes aptiq; Molares.  
 Qui Nautis multis & Mercatoribus empti  
 Ad Rheni ripam per tympana versa rotantur,  
 Puppibus aptantur, Batavasque vehuntur ad oras,  
 In quemvis hominum, si res sic postulat, usum.

Est prope Kehl, inter montes insigne videtur  
 Carmelitarum, Antonistein nomine, Claustrum,  
 Acida diversis præbens medicamina morbis  
 Quæ salit unda, hujus sanos estate liquores  
 Multa caterva hominum, longèque jacentibus, immò  
 E queiscunque locis confinibus accola mitem  
 Haurit in agrorum curam potumque diurnum,  
 Sumitur inde, graves urunt dum membra calores

Ad Namedy festino DE X de nomine nomen  
 Quod sibi congeminat, nam postquam Magnus apertum  
 Christicolùm primus se Constantinus in orbem  
 Duceret, ut justo Maxentius ense Tyrannus  
 Concideret, cunctum Romani Militis agmen  
 Equæ Britannorum Germanorumque coævis  
 Finibus, undantem sibi collegisset ad Aram,

Praclarumque Crucis vidisset in aëre Signum,  
 Quod certam spondebat opem, certosque triumphos,  
 Fulva characterum circum lucente per astra  
 Lemmate, IN HOC SIGNO VINCES (foelicus omen  
 Nulli unquam affulsit Populove Urbive, Ducive)  
 Hinc hominum mens illa, loco quo Numine Divino  
 Stat Namedy, fausto Romanis aethere signis  
 Arma execrantem gentilia, nobile summi  
 Inscriptisse DEI nomen, quod clarius extat  
 In Constantini cuspis valido aere Monetis,  
 Atque notat Labarum Christi venerabile Nomen.

Iam veluti Sintzig, de quo post mentio fiet,  
 Hoc habet ante Vrbes Pagosque Encomion omnes,  
 Illic quod primum Vexilli ostensa figura  
 Sit Constantino, quo nunc Ecclesia gaudet  
 Cum Cruce praefixa: Satrapatus sic quoque polles  
 Andernacensis, Namedy specialiter isthoc  
 Laudis habere decus, quod ibi ter maximus Orbis  
 Christicolim Caesar veri laudabile Christi  
 Excusum Nomen Labaris insculpserit, idque  
 Perdsr sturo mandarit inesse metallo.

Qui praedicta Urbis superest Situs, ille deorsum  
 Ad Rhenum Baccho est partim foecundus, abundas  
 Clivosis partim lignique feracibus arvis,  
 Circumdantque latus praegnantia gramine prata,  
 Inde Monasterium, Benedicti ex ordine distat  
 Vix hora, Lach nomen huic, quod vidit in alto  
 Supra millenum propè nonagesimus Annus.  
 Pulchra vivunt etiam circum, pomaria, muros,  
 Collegiumque illic Divi pranobile \* Thoma;  
 Sursum planus ager, spatium quò circiter hora  
 Distat ab Vrbe, locus, Turreis qua dicitur Alba:  
 Agrippinensis capit hic exordia, jusque  
 Archidiaecesis, cum pluribus auguro illum  
 Hunc facile esse locum, de quo canit Ethnicus Author

Quo


\* Cantuariens.

Qui Iulianais fuerat tunc miles in armis  
 Marcellinus, eum, Iulianum nempe supremus  
 Dum Constantini Magni Legatus abiret  
 Adversum Francos simul has venisset in oras,  
 Qui transrhenanis VVesterwaldensibus orti  
 Finibus, hinc omnes juxta Rhenumque Mosamque  
 Vastassent Vrbes, unam hanc reperisse per omnes  
 Illasam Turrin, Treviros, interque Colonos,  
 Qua divisivo distinguit (ut antea dictum)  
 Agrippinatum & Trevirorum limite gentes,  
 Parte in utraque datur Ius cernere Principis arma  
 Illius, in quorum Tutela est terra nemusque,  
 Ante fuit dictum Friderico à Prasule primo  
 Qui locus hic primum fuerit conversus in Urbem.  
 Ingenti numero Suevi dum Militis Agmen  
 Vsq; per Vbiacam pradando, firendo, necando  
 Archidicesin debaccharetur, & ignes  
 Flammarumque globas vicina per oppida ferret,  
 Archipater Fridericus abijt longè impare turmâ  
 Ad sibi subiectos populos Patriamque tuendam,  
 Et fausto hostiles mactat mucrone phalangas.  
 Maxima pars ferrum jensit, pars cetera Rheni  
 Fluctibus hausta, fugam male consultando paravit.  
 Hinc adeo celebris de victo ex hoste Triumphus,  
 Quem tulit hic Prasul Superum moderamine juxta  
 ANTENACUM (qui Pagus erat tum temporis) ansam  
 Præbuit, ut fossis Vicum hunc solidaret, & altis  
 Turribus & Muris cinctum, Indultisque potitum  
 Auxerit (a) atque ultro pulchram mutaret in Urbem.

Hanc Dux Baudifius Guilhelmus Marte cruento  
 Insanum tristi Suevorum tempore frendens (b)  
 Pressit, & oppressit, crebrisque excursibus agros  
 Infestos Vbiorum habuit pradando sed Anno  
 Posteriore ferox Suecorum exercitus Urbem  
 Liquit, & inde Sui fuit huc in Principis usque  
 Vrbs servata manu, atque hodie servatur Eidem.

[a] An. 1107. [b] An. 1632.

NOVA.



## II.

## NOVESIUM.

**N**OVESIUM quondam, qua post Vrbs Nussia dicta,  
 Archidiceps Caput est, quam circuit unda  
 Inferior Rheni tractus. Comitia primo  
 Ingreditur voto, Ripa vicina jacebat  
 Antea, qua Rivus lunarem dictus Anarpha  
 Influit in Rhenum, sed nunc à Flumine multum.  
 Ob grave murmur aqua, colluctantesque procellas,  
 Divisa est, hodie quamvis petat Eruatis Urbem,  
 Circumagata, molas portarum limina subter,  
 Et tali lapsu, binis quadrantibus hora  
 Dusseldorpiacum versus, Rheno inferat undam.  
 Hec in Romano jacet Vrbs longissima fundo,  
 Lata parum, nutrit foecundos frugibus agros,  
 Et Rivo excellit, qui Crura vocatur ad Arpham,  
 Crura, quod insolitum, contra decurrit ad ortum,  
 Ast illic flumen viridantia prata coronat,  
 Qua fracto è Rheno ductus fuit ante Canalis  
 Kebl dictus gravae naves ut mercibus Urbem  
 Attigerint, portusq; iterum sint inde soluta.  
 Ast Romanorum dum tempore Claudius, ille  
 Civilis, Rheni Socijs habitantibus oras \*  
 Teutonia populis, Frisia de gente profectis,  
 Et Velavv, & Betavv, vicinosq; inde Sugernos,  
 Que loca Romulidum Praefectus jure tenebat  
 Petilius Cerealis, ovens cepisset in armis,  
 Geldria qua nunc est, & Clevia, jamq; studeret  
 Undique Gallorum fines, Rhenoque propinquas

Romans

\* An. 70.

Romani Imperij ferro sibi subdere terras:  
 NOVESIUM vero, quæ Drusus tempore summi  
 Caesaris Augusti Castellum jam ante locarat,  
 Romanas partes sequeretur, & arma Quiricum,  
 Ille quod Annales referunt, exercitus apto  
 Hic Nova Castra loco paulatim extruxit & Urbem.  
 Erectumque simul Drusi molimine astrum,  
 Quod modo suprema nomen fert porta Maria,  
 Duplice munitur muro, vastisque novavit  
 Turribus, unde Novi quasi Castrum à nomine nomen  
 NOVESIUM retinet, quod post transiit, in Urbem

Hæc (a), Nordmannorum subiecta incendia sensit,  
 Extremamque illibellum crudele Ruinam,  
 Attulit electus Caesar (b) quod gessit uterq;  
 Otto jure suo Quartus luctante Philippo,  
 Insuper Vrbs eadem savissima bella subivit,  
 Quando (c) Palatinus Comes, Archimista Rupertus  
 Cumque Peditum regimen, Prælaturamque tenebat,  
 Hujus enim voto Carolus Burgundius audax  
 Annali jam dictam Urbem obsidione premebat,  
 Landtgravius vero Hassorum, qui postea factus  
 Elector Princeps Hermannus Rector in ista  
 Archidioxesi, mirando laudis honore  
 Commotus Caesar tam pressam exemit acerba  
 Obsidione Urbem, Sanctus Bonifacius (d) orbe  
 Quando colebatur, Carolus tunc solvere castra  
 Caesaris accessu, pacemque precare coactus,  
 Vrbs tunc indultis, multisque favoribus aucta est,  
 Nempe Magistratus cudendi in signe Monetas  
 Ius habet, & rubra signandi dogmata cera:  
 Nundina in hac unum memorata quinq; per Annus  
 Vrbe celebrantur, Civis non cogitur extris  
 Sistere iudicis, Gladii ius obtinet amplum  
 Consul uterque Regens, fasces portantur ab istis.

[a] An. 881 (b) An. 1205, (c) An. 1476, [d] An. 1476

Vt pote Romanis, viso qui crimine dignas  
Constituunt pœnas, & sacram vindice iusto  
Iustitiam exercent vitæque necisque Magistri.

Nussiaco in Bourbahn liberrima civibus extas  
Vndique venandi per qualibet arva potestas,  
Exemptique Vbijs sunt vectigalibus omnes.

Vrbis, quod superest, auratam Insignia gestant  
Nigro Aquilam, campoque rubro Crux alba renidet.

Ad confirmandos hos, Dia indulta fauores  
In patulo ore Fori, Caesar Fridericus in arcu  
Tertius exsculptus, Statuâ sublimè videtur.

Tunc etiam in gratum præcepta ex hostibus Vrbis  
Symbolon, ante die Veneris, quam spiritus almus  
Orbe solebatur, primum processio sumpsit  
Annua principium populo comitante fideli:  
In cuius Robur Sixti indulgentia Quarti  
Mille octingentis, quadragintaque diebus  
Concessa è Bulla est cunctis, præsentia quorum  
Hoc festum exornat: summum stat Martyris illius  
Delubrum sancti Bellatorisque Quirini  
Ara Theodulo qui concomitante tribunus,  
Iunctus Alexandro Papa \* cumque Hermete Romæ  
Pæfecto, reliquisque sacro Baptismate lotis,  
Aurelianaam truculenti Iudicis iram,  
Ex Hadriani olim Mandato Casaris hausit,  
Tormentisque gravis Christi pia dogmata pandens  
Martyrj palmâ decoratus in astra migravit.

Martyris hinc Templum, cuius celsissima turris,  
Munster ab antiquo sic dictum nomine, quondam  
Hocce Monasterium Benedicti regula sanxit,  
Cuius adhuc habitus criptâ tabulatus in imâ est.  
(Tempora mutantur) Cañonessis namq; profanis  
Scemmate præclaris dos est hæc nobilis Aedes;

*Hoc Caroli Quarti rescripto, causa probatur.*

*Hoc Comes è Clivia Delubri Eberhardus \* & ejus  
 Conjux Berta, alto Caroli de stemmate Magni  
 Struxerunt, binusq; jacet tumulatus in illo  
 Fundator templo, crucis ante altare, sepulchrum  
 Hoc Comitum monumentum Eberhardi dicitur, anno  
 Quo Bruno à Dagsburg Vbia qui Presbyter Aedis,  
 Et post Tullensis Presul, Papa'e Byretum,  
 Cumq; Pado imperium captabat, & usq; tenebat  
 Pontificis Noni Nomen sublime Leonis:  
 Iamq; profecturus Romam sociare sororem  
 In comitem Gepam placuit, quam Nussia primam  
 Vrbs Abbatissam voluit, donata favore est  
 Fratris jam Papa, sancti cum Martyris illic  
 Reliquis, quas illa [a] redux hinc transtulit usque  
 NOVESIUM: talis translatio quando recurrit,  
 Aut festiva dies: quam plurima turba quotannis,  
 Devotum verè affectum, cultumq; piosq;  
 Impendit ritus, solemniter usa supremo  
 Patrono, magnum quem iactat Nussia Divum.*

*Nussia causa fuit, Carolus dum linqueret Urbem,  
 Cum Friderico etiam mox Cesare foedus iniret  
 Pacis, ut ( illius cum filia sola Maria  
 Unica regni haeres, data gnato Caesaris uni est  
 Maxmiliano, ex in sacro qui Caesar (b) in orbe )  
 Hoc per connubium sese Provincia oranti  
 Austriaca Domui, tutela, armisq; jugoq;  
 Subdiderint omnes, queis se Burgundia sulcit  
 Inferior, regio Belgis habitata colonis.*

*Hic pro Nussiacis, dolor eheu! gloria cessat.  
 Tempore Truchsesii Comitum nova praelia surgunt  
 Archidiœcesi, novus exit ab are tumultus,  
 Religione domus, Araq; fociq; petuntur,  
 Neglecta excubijs, Nevenaro Nussia primis*

F

Prada

*\* An, 825.) († An, 1049) [a An. 1050. 30. Apr.)  
 (b An. 1486.)*

Præda (a) opulenta fuit, verum mox Vrbe potitâ  
 Militis Hollandi cunctos truculentia cives  
 Territat, insano frendent batava arma furore,  
 Parcitur haud sacris, spoliantur honoribus Ara,  
 Aurati calices, argentea pocula, vasa  
 Gemmea raptantur, pretiosaq; cuncta feruntur,  
 Quæ reputata ultrâ bis centum millia in auro.  
 Inde Gubernator Fridericus Kluytius intrò  
 Strenuus armatur, pagi vastantur inique,  
 Vbiaci tractus vario quoque Marte premuntur,  
 Hinc Bavarus tandem Princeps Ernestus, ab altâ  
 Elector cathedrâ, civisq; urbisq; misertus  
 Hispanam implorat dextram, Parmensis ab inde  
 Mittitur electis pro religione tuendâ,  
 Servandâq; fide, laturus robora turmis,  
 Hic audax animi quatefactis mœnibus Urbem  
 Impetit, & Divi triduanus luce Iacobi  
 Intrat, & Ernesto Domino (b) mox reddit eandem,  
 Kluytius in primis veluti sine iure rebellis,  
 Altâ suspensus violator fauce fenestrâ est:  
 Urbem flamma vorat, civis consumitur omnis,  
 Omnia vastantur crudelibus obruta telis.  
 Transeo præsidium (c) Milendunck, sistere anhelans  
 Civibus electum, restat, quò cætera tangam,  
 Hassorum [d] rabiem nusper quam Nussia sensit,  
 Casò Lamboyo Imperij Generale, cohortes,  
 Cum Gallis Hassi victores marte cruento  
 Nussia cum properant, cingunt & mœnia, portas  
 Obsidione premunt, ignitis usque fatigant  
 Urbem missilibus triduo, & cum civis inermis  
 Lamentaretur, nec tormentarius esset  
 Vtterius pulvis, nec quo defendere possent  
 Sese, subsidium, desperabunda pacisci  
 Fœdera suaserunt urbi cum milite, magnâ  
 Spe libertatis, cultus, Fideique vetusta

Relli-

a An. 1584. (b An. 1586.) (c Au. 1593.) (An. 1642.)

Religionis, ut & commercia, jura, priorque  
 Consuetudo omnis, politiaq; salva manerent.  
 ( Sic etenim tractata sonant in foedere pacta )  
 Non tamen est servata fides, neve ulla parola,  
 In pradam urbs cessit, sensitque furentia valdè  
 Fulmina bellorum, dolor! hostilisque remansit  
 Vbiaca sedes patria, terraque propinqua,  
 Noxia multa tulit, non si mihi guttura centum  
 Ora forent centum, possem numerare, tot, eheu!  
 Damna tulit, denos urbs Nussia nostra per annos,  
 At post, cum luxit felix ex athere phœbus,  
 Pace datâ imperio sua pristina jura recepit,  
 Dent superi! Pax hac longum perduret in ævum.

### III. BONNA-

**E** Leodoralis, BONNA, est primaria Sedes,  
 Archidicepsis, Cancellaria suprema,  
 Consilium, Archivum, Rectoratusq; triumphat,  
 Iustitia usque Reo, Viduis patet atque Pupillis.  
 Urbs etiam dicta est veterana Voconia, qua post  
 A Comite Hochstedio Conrado Antistite(a) cineta est  
 Mœnibus & foveit, ornataq; Turribus altis.  
 Urbis habet claves, gestans pro tempore fasces  
 De more antiquo longoq; à tempore consul.  
 Romani BONNAM quondam bona castra vocârunt,  
 Nempe Bonas illic quoniam sibi figere Sedes  
 Est visum, testante chrono, nam plurima tali  
 Non modo parte rubet bene sano Vineâ Baccho,  
 At quoq; frugiferae circum protuberat Arvum,  
 Immensiq; supra per binas circiter horas  
 Clauduntur montes, qui ad Rheni litus ussumq;

Hans

(a Ao. 1240.)

Hanc è Teutoniâ fermè ducuntur ad Urbem.  
 Antè Verona fuit, factò qua nota sequenti:  
 Hercules \* Bellum dùm Maximianus è arma  
 Gestaret, stricto Carausius Ense Tyrannus  
 Ut ruat, in Magnum qui Casara nuper iniqua  
 Djocletjanum suscepit pralia, jamque  
 Regna Britannorum sibi subjecisset, è olli  
 Ex Syriâ, Ægypto, Solymis, Orienteque dictus  
 Casar Thebanam Legionem (robore pollens  
 Agmen erat) qua sexcentis sex millibus, è sese  
 Et Sexaginta, numero, constabat, ad imum  
 Rheni littus, opem latum submitteret, antè  
 Emundata sacrâ sacri baptismatis undâ  
 Qua Legio dederat vero sua nomina Christo,  
 Prefatus capitis sub pœnâ Maximianus,  
 Pro fortunatis belli successibus huius,  
 Quod per Teutonicos tractus Francosq; parabat  
 Ad Rhodanum juxtâ Martinack nomine, pagum,  
 Idolo martis votivos thuris odores,  
 Sacrificosq; ignes adoleri jussit ad aras.  
 Ast quia Christicoli Ductores agminis, illi  
 Mallusius, Victor, Gereon, Florentius ibane  
 Cassius atque Pius, tam falso sacra negarent,  
 Thura Deo, gressusq; suos procul inde tulissent,  
 Ad profligandum coniunctis viribus Hostem,  
 Tum sacra insidias legioni struxit, è idem  
 Maximianus atrox posuit stratagema, suoque  
 Cum Duce Mauritio penes Agauri stravit eandem  
 Ex toto fermè, qui nunc locus obtinet ipsam  
 Sancti Mauriti nomen, quia Martyr ibidem.  
 Ast aliquot cùm de sacra Legione cohortes  
 [Christicolumque simul quadam vexilla] deorsum  
 Longius ad Rhenum cessissent usque Veronam,  
 Bonnam, Agrippinam, è Xanthos, sua seq; twentes,  
 Insidiator eas stricto est mucrone secutus,

Et turris aliis aliò cedentibus, ipso  
 In stadio Divum Gereonem fortè trecentis  
 Octodecim sociis comitatum cepit Agrippa,  
 Sanctum Victorem triginta, cumque trecentis  
 Militibus Christi Xanthorum pressit ad urbem:  
 Cassius at Bonna simul ac Florentius unà  
 Cùm socijs levum Rheni propè littus, aperto  
 Ore fidem Christi testantes sanguine fuso  
 Martyrij insignem meruere referre coronam;  
 In quorum aeterni firmum munimen honoris,  
 Diva Helena Imperii Regina, Decusq; Parensque  
 Primi Christi adùm divino Caesaris œstro  
 Constantini, alma fidei quoque nobilis auctrix,  
 Cætera Tempia † inter propè Rheni flumina Bonna,  
 Instinctu Divum mota est fundare sacratum  
 Collegium, multis qua nunc Ecclesia prero-  
 gatiuis gaudet; communem namque quotannis  
 Mercatum celebrat, quin & pro tempore servat  
 Præpositum, multa supremum munus, & Archi-  
 Diaconalis adest cui Iurisdictio terra.

Hic locus illustres ambit complexibus Arces,  
 Oppida, Nobilium Sedes & Fana, Domusque,  
 Quæ suprâ atq; infrâ circum lustrantur in uno  
 Prospectu, dicta jacet Urbis mœnia præter,  
 Nobile collegium, vulgò Diekircha, vocatum,  
 E regione autem trans Rhenum bina videntur  
 Collegia, inuncto nigrum cognomine Reindorff,  
 Vilichiumque aliud, quod Vilike diximus olim,  
 Quorum postremum Mengosus Gelrie in altum  
 Zutphanieq; Comes duxit † Girbirgaque conjux  
 Eius, idemque bonis testamentalibus, amplo  
 Legato Agrorum, Argenti donavit & Auri,  
 In quo Gnatabus socijs (quas inter & una  
 Sancta Adelheidis erat) tumulatus uterque quiescit,  
 Ut tumuli monumenta ferunt in marmore: nempè  
 Vilichii

† AN. 316, († AN. 985.

Villichij extractor jacet hac mengofus in Urnâ,  
 Hoc latus occasum versus (via perbrevis) ornant  
 Mons Crucis, & pulchrum supremo in vertice templi  
 Cum Servitarum Claustro, quod struxit in altum  
 Archipater, Bavarum Dux Ferdinandus Honori  
 Septem Virginea Matris Divaque Dolorum,  
 In quo miracula celebris servatur Imago,  
 Copia & hac divi Luca est, quam pinxit, & illa  
 Monstratur, longè circumque jacentibus, inde  
 Qui crebrò è Patrijs rara pietatis amore,  
 [Rarum opus est etenim] saera huc vexilla reponunt  
 Cum Genitrice colunt votis precibusque Tonantem,  
 Hunc infra montem Poppelsdorff cernitur, ipso  
 Tempore Romulidum, sic affirmantibus ævi  
 Illius historicis, qui pagus nomine dictus  
 Publij, ut & Transdorff Trajani pagus, & huius  
 Oppida plura modi, Satrapatibus insita binis  
 Et Bonne & Brula, titulos sunt naçta suorum  
 Voce Ducum, à ducibusq; suis jam nomina servant.  
 Hoc pænes Oppidulum Poppelsdorff floribus hortus  
 Amulus Hesperijs, Electorale viretum  
 Suspicitur, sursum spatium fors unius horæ  
 Gudeberg surgit, cuius superindita clivo  
 Arx, Turrisque iacent iam demolita, locoque  
 Creditur hoc falsi fanum sedemque fuisse  
 Mercurij, cuius quæ sub Gentilibus Ara  
 Victima casa frequens, hoc Montis & huius Origo.  
 (Mercurij Burgum, Gôtzberg quasi nomine fluxit,  
 Imperii primo Theodorus Episcopus anno,  
 Congesti multis Iudæum millibus auri  
 Argentique gravem tenebroso carcere clausit,  
 Compeditibusque pedes, & duris terga catenis  
 Nexuit, & iustis propter male tanta lucrati  
 Pondera thesauri pœnis multavit eundem,  
 Equâ nummorum summâ (est firmissimus Atlas)

Mercurij

Mercurij Burgum sublimi in vertice, Bonnæ  
 Ultra dimidium munitam condidit arcem,  
 Quæ Michaelis erat prius isto in monte sacellum.  
 Sed post suffossa est arx hæc, ut diximus, \* acri  
 Impete, & in rapidas acta igne vorante favillas.  
 Omnigenos quoniam fugitiva plebis Alumnos  
 Sustentabat, erat specus, hospitiumque latronum.

Regredior Bonnam, binæ gaudente coronæ,  
 Cum post Henricum, Fridericus, nempe secundus  
 Austriacus Princeps, occisi filius olim  
 Caesaris [a] Alberti iusto pro Casare lectus;  
 Mox Vbia Henricus de Virnburg Prasul, eundem  
 Bonnæ in Sede sua, Imperij diademate [b] cinxit.

Urbis honos rursum non longo à tempore, quando  
 Walramo, Comitum Iulia de stemmate nato,  
 Iure in utroque Viro fundato à Prasule, Casar  
 Lutzenburgensis Carolus, cognomine Quartus,  
 Insigniretur (c) Bonnæ diademate Regis,  
 Augusti Imperij, quod Casar uterque secutus

Bella quidem taceo: Martinus Schenkius, ille  
 Transfugus Hispano Ductor stratagemata fecit,  
 Per fraudem ingressus Batavo cum milite, verum  
 Mox Ernestæis vexillis ostia pandit,  
 Et sic Ernestus Bavarus sine sanguine Bonnam  
 Occupat, ut Caroli Magni fulgebat olympi  
 Festus ab axe dies, Magno sic Rege iubente:  
 Huius enim meritis lapsi post fulmina belli  
 Bonnæ reviviscit fraudum iuga pessima spernens,  
 Subijcit Ernesto Bavaro se tota, perosa  
 Frenæ novæ, ut lani vicesima nonaque luxit,  
 Et iam transierant † ter sæcula quinque salutis,  
 Quattuor & messes, octoque decennia phæbo.  
 Urbs verè felix! de bello tempore pacis  
 Perpendens, rursum Bonnæ bona castra locantur  
 Et verè insignis iam Fortificatio surgit.

Quod superest laudis, de Bonnæ hæc Vrbe leguntur

\* AN. 1585 (BAD, 1515. (CAN, 1347. († AD, 1528

*Carmina, quae subdo, cecinitque probabilis author.  
 BONNA solum felix, celebris locus, inclyta tellus,  
 Florida martyrio, terra sacrata Deo.  
 Exulibus requies, & Asylon mite fuisti  
 Semper, & externi te reperere suam.  
 Principibus Sedes hinc Electoribus illa est,  
 Iustitiae Patribus, quae Themis ista viget.*

## IV.

## ARWEILERA.

**S**upremis Vbia iacet Vrbs ARWEILERA in agris  
 Archidiaecesis, resonant circumdata valle  
 Viniferisque iugis penes, Aram nomine, Rivum,  
 De quo nativum fert flumine, scilicet Arâ,  
 ARWEILER nomen, quae nominis huius origo est.  
 Hac Aqua, quod quidam memorant fuit Eiflia  
 primum.

Et terra quoniam, qua dicitur Eiflia, manat,  
 Unde superfusus hanc recta fertur ad Urbem  
 Cursibus, & celsos inter, juga saxea, montes,  
 Contra Lintz, Sintzig prope, Rheni jungitur Vnda.  
 Eiflia prae-raptis est collibus, atque supinis  
 Vallibus, & fluvijs sursum labentibus, altum  
 Educta est Regio, Rhenumque, Mosamque, Mosellamque  
 Inter, erat quondam pars saxiferacis Eremi,  
 Passim Romanis qua tunc Arduenna sonabat,  
 Eiflia jam partim, tum Luxemburgica tellus,  
 Tumque Dicecesis vult Lejodiensts haberi:  
 Illa quidem nomen non ducit ab arduus, hoc est,  
 Difficilis nisu, durus, sublimis, acutus,  
 Istud huic quamvis patria non omine vano  
 Asscribi possit nomen, duntaxat ab Arâ  
 Flumine, de summo quæsdam quod partibus, icta  
 Montibus Eifliacis vocem reddentibus, Echo

Influit

Influit in Rhenum; Terram hanc Ardeâ ven, et Ara  
 Est Fluvii hac tellus, prisca dixisse feruntur  
 Teutonia populi: quod nomen in hisce suomet  
 Romulidas sermone locis Arduenna, priori  
 Voce parum versa, sæpe usurpasse notamus.  
 At quibus hac verbi mutatio displicet, Ara  
 Nomen & Arduenna noscent, quasi propter acutos  
 Illud huic terra colles, juga, culmina, rupes,  
 Saxa, sit impositum montanas propter & arces,  
 Rupibus hic circum quæis undique tractus abundat,  
 Tum quia Romani tales sermone latino  
 Montes & Petras, terra sublimè marique  
 Extantes scopulos, propendentesque charybdes  
 Aras dicebant, ut Virgiliana poësis,  
 Servius, atque alij perhibent, & talia Castra,  
 Ara, vel turres, vel munimenta, vel arces,  
 Diruta sunt aliàs, aliàs habitantur in agris  
 Eifliacis hodie: ut Tomburg, Nurburg quoque &  
 Arburgh,  
 Sassenburg, Creutzberg, & Lanskrona Altenahr atq;  
 Neuvvenahr, in quorum posteremâ parte locorum  
 Optima jucundi & sani crescentia vini  
 Germinat, & passim vinum hoc Arale vocatur.  
 Nunc quamvis Vrbs hac ARWEILERA præter apricam  
 Vineta, è plano latus arvo constet ad unum,  
 Montes intrâ alios tamen est inclusa, virentque  
 Hanc penes expansis jucundam frondibus umbram.  
 Præbentes silva, per quas jus quilibet huius  
 Urbis habet civis, maiores atque minores  
 Venando, captando feras impune vagari.  
 Historici dictum testantur flumen \* ad Aram,  
 Dùm Constantinus magnus primusque Monarcha  
 Christigenum, patulo sua sisteret agmina campo  
 Morurus bellum, multis quoque corda teneret  
 Angor & irrequies, dio qui Numine talera

Suscipere

\* An. 312.

Susciperet martem, iuratus sanguinis Hostis  
 Christicolū ut verso Maxentius ense periret,  
 Ecce tibi, medio stabat dūm Phœbus Olympo,  
 Inter stellatos omni cum milite gyros,  
 His ipse ignitis propè Sintzig in aère cernit  
 Grammatibus sanctæ crucis exoptabile signum,  
**IN SIGNO HOC VINCES**, palmam spondenti-  
 bus astris.

Hinc spem venturi Caesar votumque triumphī  
 Haurit, & inscribi vexillis coelica mandat  
 Signa, Crucem Christi, labarum quā dixit, & hostem  
 Primum prostermit, victumque triumphat ad Alpes  
 Victor in ingressu Gallorum, deinde secundum  
 In gremio Italia, demum propè martia Romæ  
 Mœnia, ubi decima quarta septembris eundem  
 Pressit, inattentò novies quod mille virorum  
 (Vt quidam memorant) numero Maxentius ipso  
 Cæsare maior, ovens pugnam sit fortiter orsus,  
 Actutum dictâ Septembris luce, triumphans  
 Iuxta Romanam Crux Christi apparuit Urbem,  
 Vt ternâ Maij hac Vbiorum fulsit ad Aras,  
 Gentibus insolitum signi spectantibus astrum,  
 Hacque suum ducit Sintzigh ab origine nomen,  
 Germano in sanctum converso grammate signum,  
 Cum prius Vrbs isthac Vbiorum dicta sit Ara,  
 Vt pote munimen, Romanorumque Sedile,  
 Post ubi Diva Helena iussu promptoque volendi  
 Affectu in superos, captorum mille virorum  
 Subsidio comitante aliquot, fundata perenne  
 In munimentum Divum surrexerat Ædes.  
 Sintzichium ergo Vbijs debetur iure vetusto  
 Atque Renomagum patria testantibus actis.  
 Hoc verò flumen Romanis [scilicet Aram]  
 Ingenti cultum populo cinctumque fuisse,  
 Testantur diversa hodie loca, diruta Rivum

Hunc

Hunc propè, quàm veri fulgent iam Numinis ara,  
 Temples, domusque, sacro redolentq; altaria thuro.

Hinc Vbia, non absque suâ ratione sacratum,  
 Archidicœesis gestant Insignia Signum,  
 Nempe Crucam Christi, quia tam diuinitus olli  
 Hac donata fuit, quin & communiter hisce  
 Temples locis, stadio Crucis edificata videntur,  
 Quod Diua expressit Templorum mater & auctor  
 Helena, discrimen prisca inter Fana Deorum,  
 Inter & aterni demonstrans Numinis Aras.

## V.

## L I N C I U M.

**M**etropolis populi LINTZ illius extitit olim,  
 Quos Vbios (hodie mutata voce Colonos)  
 Diximus, hi quando Rheni translitus ad Eurum,  
 Vrbis ubi dicta iacet nascentis in ordine phœbi  
 Degebant, Caij Iulij sub Cesaris ævum,  
 Et primum Augusti regimen, sceptrumq; secundum.

Tunc Vbij Weserwaldensia rura colebant  
 Ad Rhenum iuxta Siegam, iuxtaque Saynam:  
 Romulidum verò partes dum visus eorum  
 Miles erat campo, vexillaque proxima Rheno ]  
 Sunt tuiti actutum, vicinos indeque contra  
 Teutonas auxilium sumpsere faventibus armis,  
 Et demum propter benefacta probata, fidemque  
 Romanis habitam, certenaque munera propter,  
 A Marco Agrippa supremo Principe belli,  
 Cesaris Augusti Genero trans flumina Rheni  
 Sunt deportati, deductaque castra propinquis  
 E Rheni ripis, à Coblentz usque, fuere

In Betavv: ut contra recta è regione jacentes  
 Teutonia populos, cis-rhenana ostia ferro,  
 Romulidum sub jure gravi, sub lege, jugoque  
 Ritè tuerentur, magno quod robore mentis,  
 Et prona sinceri animi virtute probarunt.  
 Immò quingentos atque ultra sponte per annos  
 Sese in Romanis staturos fortiter armis  
 Edixère, nihil Martem mortemve morantes,

Hinc illum præfata locum (sic prisca docemur)  
 Occupat Vrbs, Vbijs erat hic quo tempore sedes;  
 Tum quoniam fusus statione hac sanguis ad enses,  
 Romanis aque fidus, geminumque paremque  
 Præbuit his sese, Romanos quotquot in agros  
 Devecti fuerant; immò meruere referri  
 In Romanorum veterani militis Album,  
 Exclaris gestis, specialem habuere phalangem,  
 Quæ dicebatur jam dictâ, LINCH, ab Vrbe.

Danubium hi versus contra, fera pectora, gentem  
 Teutonia ducti, inque illa regione cis Enzam,  
 Principium nomenq; Vrbi Lintz ritè dederunt,  
 Sicut & è Betavv quadam pars agminis Vrbi  
 Passovia, pluresque alijs fecere cohortes  
 Nomina Castellis, Exordia prima locorum.

A Virnburg aliàs Henricus Episcopus (a) inter  
 Archidicecesis LINTZ unam transtulit Vrbes,  
 Munit et muris, civilia jura, bonumque  
 Contulit, Hebdomadum toto mercatibus anno,  
 Insuper atque alijs vendendi quaque diebus  
 Indulto affectis; vcrùm Engelbertus [b] Eidem  
 Tertius Antistes, Dux Marchio subdidit Arcem,  
 Quam cum c) Burgundis post exussere Picardi,  
 Equavère solo, rapidisque dedere favillis.

Hanc infra supraque Urbem, vineta probati  
 Laudantur Bacchi, pomaria, prata virescunt,  
 Hortique ad Rhenum; pulcherrima panè sub uno

Oppida

a An. 1330, [b An. 1364. (c An. 1475.

Oppida prope se circumcornuntur, & Arces  
 Equibus imprimis hac suspicienda propinquant,  
 Hammerstein, Rheineck, Argensfeltz, Erpel, & infra  
 Mons sacer, extructus Divo celebrique Patrono  
 Apollinari, quæ sancta Martyris huius  
 Reliquia, à multâ visuntur plebe per annum.  
 Sapius, hoc Prasul Fridericus [a] primus in alium  
 Martyris è proprijs Apollinaris Honorem  
 Sumptibus erexit Templum, Montemque beati  
 Apollinaris, Renomago fortè propinquum  
 Dicendum voluit, quod adhuc est nomen in usu.  
 Ast Engelbertus, jam dictus, Episcopus Urbem  
 Hanc propius Rhenum firmavit, & addidit Arcem,  
 In finem hunc, contra se pacta ut fœdera sensim,  
 Decreto unanimi quæ Pagi Urbesque notârunt,  
 Frangeret, & tali subjectos vinceret astu.

## VI.

## K E M P E N A.

**K**EMPENAM inferiori campestrè dicimus urbem  
 Archidieceps conjuncta amplectitur Arce,  
 Qua pulchro ac valido se vertice librat in auras;  
 Julia fert levam, fert Geldria. Mœrsaq; dextram,  
 Urbis utrumque latus. Situs illius undique circum  
 Planos ac pingues, facundosque occupat agros,  
 Continuo tantâ quos sedula turba, Coloni,  
 (Horum namque ingens viget isthac copia terrâ)  
 Exercent operâ, manuumque & vomeris usu  
 Proscindunt, renovantq; frequens ut messis abunde  
 Nempè bis æstivas hibernalesque quotannis  
 Vberiore sinu, Cerealia munera, fruges

Pro;

AN, 1122,

Producunt, animosque suis cultoribus addunt.

Hinc diversimoda, magnaue coluntur in illo  
Circuitu Villa, plerasque Parocia quarum  
Vrbis habet, quamvis gens rustica, ruris Alumni,  
Non hac municipes civesve probentur in Vrbe,  
Hoc tamen his ipsis juris conceditur, ulla  
Vt, si possideant bona, judicialia curent,  
Litibus, & causis mereantur adesse Scabini.

Hocque Scabinatus pro consuetudine prisca  
Munus & Officium, nulli confertur in Vrbe  
Civium, at externis, quibus est res rustica cura.

Ceterum in hac patria Kempensi plurima visis  
Existunt classis juvenuda forensia vallis  
Oppida, qua vulgò sancti pulcherrimus inter  
Antoni-Vicus, Wilich, Huls, atque propinquum  
Oppidulum. Oedt, aliàs Vda, & Satrapatus ibidem,  
(Vda etenim loca sunt, alta erasseque Paludes)

His etiam vicina jacenti Castella, Domusque  
Nobilium, Forst, Ratb. Gastendunck, Nersen &  
Ayrath:

Pluraque Kempensi Satrapia subdita, circum  
Quam validi postes, & firma repagula claudunt.

Hoc prius in Stadio qua nunc KEMPENA locata est,  
Silvestres spinis, vepribus, lentisque genistis  
Agri concreti, Campique fuisse leguntur,  
De qua Camporum provenit origine KEMPIS  
Nomen, eumque hodie titulum vocemque reservat  
Hi locus: à Virnburg Henricus(a) Episcopus illum  
Inter adhuc viros degens convertit in Urbem.  
Iuribus ornavit civilibus, imò quotannis  
In bipatente foro communem contulit usum  
His mercandi, illis vendendi, aliosque favores.

Hac sibi ab innato praeclarum laudis honore  
Vrbs sortita viro est, quem dio Numinis igne  
Spiritualis amor succendit, nomine THOMA

De

DE KEMPIS, alias quem legimus Hammerken; ille  
 Thomas, Malleolus quorundam cognomine, volvens  
 Coelica divina crebro monumenta tabella;  
 Plus auro dignum, gemmisque cedroque libellum  
 Scripsit, & hunc inscripsit, Vitæ imitatio Christi,  
 Qui nunc cuiusvis terra translatus in oras  
 Omnigenis canitur linguis, nulloque sat ore,  
 Scriptoris ve manu potis est extollier unquam.

Nativam hic lucem dictâ Vir (a) vidit in Vrbe,  
 Ac propè Schvvol, patriam fugiens, Overjssel adultâ  
 In regione sibi præscripsit degere vitam,

Ad Diva Agnetis montem, quam vivere curant  
 Presbyteri Canonum, queis regula certa tenenda est.

Hoc in monte etiam, dum primus curreret ultrâ  
 Nonaginta, (b) Annus, sanctissima lumina vita  
 Clausit, & ad Superos pius hospes & incola abiit:

Et quia prædicto nomen mandare libello  
 (Verba viro hâc etenim sæpè hæc reperita placebant,  
 Præstat in angello Numen venerare Libello)

Mira recusavit prona demissio mentis,  
 Quâ Vir hic ardebat, diversa hinc Natio, nempe  
 Itala cum Gallis habuit Germanaque litem,

Cujus id esset Opus: Galli tribuere Iohanni  
 Gerson, qui fuerat fors Cancellarius, inter  
 Hesperios autem quis Cajetanus, id uni  
 Nomine Iohanni Gessen adscripsit, eratq;

Is (Cajetanus quo vixit in ordine) Præsul:  
 Germani verò, quorum sententia recta est,  
 Hunc summo Thoma de Kempis jure Libellum  
 Asscripsere, etenim Kempis testantur abundè id  
 Scripta Archivorum cum judicialibus actis.

Martinus quoque Duncanus Kempensis ab ortu,  
 Contra Anabaptistas Batavos ut Murus, & acer  
 Defensor fidei sterit, exeruitque timendum  
 Semper Romana pro Relligione tuenda

Ingeniè

a An. 1380. [b An. 1471. 25. Julii.

Ingenii fulmen, qui spiritualibus armis,  
Egregijs victor miraculis claruit orbe.

Hac terra inferior malefaustum nuper ad avum  
Ingemuit, clademq; tulit, sensitque ruinam,  
Hent fuit atra dies Antoni, atrocior autem  
Huic patriæ atque Vrbi: Antoniano quando per (a)  
Hasses

In Campo Imperij cum Wimmariensibus, hostes  
Est confictatum, sic, primum casus ut esset  
Lambaius, Milesq; eius, Legione remota  
Aggere ut in fossa munito castra locarat,  
Quo circumplexa est eadem Provincia totum,  
Guebrian hinc Comes, Eberstein, Tubadelius, atque  
Victores hostes intrant formidine terras  
Fracto Novesio, populo repleta frequenti  
Quassatur KEMPENA, dies octava cruentis  
Armis fausta quidem fuit, ast infausta Colono,  
Imperio sed pace data, Patriota laborat  
Rursus, & exercet Rus ubere fruge beandus,  
Optamus cuncti cunctis Pax floreat annis.

a An. 1647.

## VII,

## TOLBIACUM.

**Z**Ullich, TOLBIACUM primò, dictumq; deindè  
Tulpetii, & Zulpich: Vrbs est campestris, in ipso  
Archidicæcesis gremio, fuit antea firmum  
Munimen, celebrisq; Locus, moderantibus hæc  
Romanis terras, quo de Legionibus una  
Gestabat Baculum conservatura fidele  
Hinc Germanorum diviso à littore Rhena

Ob-

Obsequium, Vbiatus quos non stringebat Horizon:  
 Hi fuerant illi Thaliantes, pectora Martis,  
 Bellacesq; viri, quæis hac in parte Penates,  
 Tectaq; connixis stabant solidata columnis.

Iucundum hinc adeo tractumq; situmq; locorum  
 Frugiparensque solum, Savissima prælia quondam  
 Difficilesque acies sensisse annalia tradunt:

(Tempore quo Galli missis Clivensibus arvis,  
 Romana genti quamplurima damna tulerunt,  
 Raptando insignem delecto ex militæ partem)  
 Francorum [a] surgebat enim Rex Ethnicus: ille  
 Childrici Regis Sicambri patris, & eius  
 Regina Tungrum, Basina filius alma,  
 Num nis auspicio iam confortatus abunde,  
 Contra Alemannorum gentem, Clodovaus, abiit,  
 Et propè Tulpetum, monitus satis antè, volensque  
 Mox Catechizari, benedictio in nomine Christi,  
 Ipse sua Sponsæ Rex Reginaq; Clotildi,

Qua vera fidei mysteria sacra colebat,  
 Optatum retulit devicto ex hoste triumphum,  
 Nam cum suspiciens oculis super astra levatis,  
 Fulmineos inter gladios, aciemque cruentam,  
 Armorumque sonos, ignitaque prælia Martis  
 Fecisset votum, quod si vera ista, Clotildis  
 Quæ sua de Christo Coniux sibi dixerat, illum  
 Scilicet esse DEI sobolem, de Numine Numen,  
 Mundi assertorem, cui tanta potentia, visque  
 Ut sibi certa eius Victoria nomine staret,  
 Hoc veri indicio sese hunc Dominumque Deumque  
 Pectore fassurum, simulacraque falsa suismet  
 Execraturum, disrupturumque lacertis.

Vix ea dicta: Deo sic disponente, triumphus  
 Ex templo sequitur, victoque recedit ab hoste  
 Victor, & uxori fert nuncia læta Clotildi.

Hinc Rex cum ternis Francorum millibus, ipsas

G

Inter

a An. 497.

Inter adhuc gentes gentilia sacra professis  
 A Sancto, Remis, huius tunc Praesule terra  
 Remigio, instructus divino est dogmate, verâ  
 Christicolûmque fide, sacroque in flumine lotus.

Hanc Urbem iuxta post centum atq; amplius, annos  
 Scilicet in prisca, quo tempore, pace vigeat  
 Austrasia [a] Regnum, Gallorum é Sanguine Fratres,  
 Cùm Theodobertus, tùm Theiodoricus, uterque  
 Rex. Hic Austrasia, Burgundia at ille, cruentâ  
 Sunt congressi acie, quâ Theiodobertus in immum  
 Actus discrimen, Regni quo Domusque ruinam  
 Austrasia sensit, captivus, & inde supremo  
 Agrippinensem ferro est truncatus ad Urbem.

TOLBIACUM redeo, hanc validâ prius (a) Arce su-  
 perbam

Cuno de Falckenstein, Trevir Episcopus, idem  
 Archidiœcesis Conrector (c) pluribus Urbem  
 Restituit nummis, Vbiâque redemit eandem  
 Ecclesia, quando Wigboldi de Holte sub arum,  
 Ad Comites Iulia cum circumstantibus altum  
 Cesserat in pignus Circum monialia Claustra  
 Fussenig atque Hoven, Satrapiaque insita cernis  
 Oppida, Geich, Besnich, Weiler cum Fussenig ante,  
 Prataque Vineta, & pomaria iuncta sat amplis  
 Ad latus hoc arvis, sub fertilitate probantur.

Urbis hac Vbiaca, Zulpich, subiecta, simulque  
 Archidiœcesi Satrapia videtur ibidem  
 In gyrum Iulia terris inclusa teneri.

E contra sese vicina dat Eislia, cellus  
 Frigida, montanis implana, hirsutaque saxis,  
 Qua ferri, & Chalybis fornacibus aestuat, eris  
 Atque Metallorum, plumbique est aspera lamnis:  
 Hac diversa Pecus, Ovium grex plurimus intrat  
 Pascua, cum cerâ pinguisissima mella parantur  
 In regione, quibus quacunque negotiareibus,

Agrestes

a An. 612. b 1230. c 1368.

*Agrēstes inter Commercia crebra geruntur.*

*Siffrius dum captus erat VVestburgius, olim  
Antistes [a] Comes è Iuliâ VValramus uadcto  
Milite, quassando tormentis occupat Arcem,  
Obtentâ Muros est demolitus ab imo.*

*Prædictâ in terrâ, qua dicitur Eiflia, ad orae  
Agrippinatum, Præmonstratensis in altum  
Ordinis, eximium se Steinfeldense cacumen,  
Cænobium extollit, quod tempore Præsulis olim  
Brunonis structum primæva exordia sumpsit.*

*Insuper à binis Lacubus celeberrimus idem  
Hic locus est; alter propè cernitur Vlmen, & alter  
Antè Monasterium Laich, quorum nescit uterque  
Hauriri, fundoque carent; namque alter ad Vlmen  
In tantam terræ sese delibrat abyssum,  
Ut demissa Bolis, nexa cui forte trecentæ  
Orgia in immensum non polleat ire profundum.*

*In stagno hoc quidam Piscis latitare putatur  
Triginta longus pedibus, qui quando videtur,  
Masculæ de stirpe domûs Vlmenensis, ut olim  
Sæpius hoc visum est, aliquis defungitur Heres,*

## VIII.

## BRULA.

**A**rchidiecesis BRULA est Vrbs subdita Terra.  
A Rheno mediâ distat qua circiter horâ.  
Electoralom validis hic Turribus Arcem  
Cernimus, Elector Patriæ pro tempore Princeps  
(Illius est etenim Residentia sæpè) per annum  
Quâ capturus agit, curarum animique levamen;

Nam

a An. 1788.

Nam Locus ille Situ valdè est iucundus, ad ortum  
Solis, agri grandes, & fertile prospicit aruum,  
Occiduam verò spectat Silva ardua partem,  
Ligniferaxque Nemus, vilne aut quod Ville vocatur;  
Vicinos iuxta montes benèculta Rubellum  
Vitis alit vinum, sanumque bibentibus haustum,  
Incipiuntque illic iuga præmontosa videri.

Plurima conspicuam vivaria cernis ad Arcem,  
In quibus insignes Piscatus, Stagnaque propter,  
Circumducta viret subiecto Silvula muro,  
In qua diversi Cervique ferique Caballi,  
Omnigenaeque Fera servantur, aluntur, & auram  
Erudienda bibunt Animalia plura, sub apto  
Venatore, cui domus hinc est structa Magistro,  
Perpetuusque isthoc Custos vigil excubat Horto.

Hunc juxta Lucum, Stabulumque Domumque, Ferarum  
Effulgent raris Electoralia Tempe  
Rebus, ab Artificum, Natura, Operumque trecentis  
Dudum inventa modis: ast à regione, frequenti  
Venatu educunt tam Rus quam Silva minores  
Majoresque Feras, per tempora qualibet Anni.

De VVesterburgo Siffridus [a] Episcopus, Urbem  
Agrippinatum contra dum bella movebat,  
Brulensem magnis inprimis sumptibus Arcem  
Vsq; paludoso, valido molimine, cœpit  
Ædificare loco: Præsul VVigboldus (b) ab Holte  
Hanc post Siffridum Successor duxit in auras,  
Supremumque apicem; verum VValramus (c) eandem  
De Iuliaco, altis firmavit Turribus, addens  
Robur, & in melius vèrtens fundamina fulcrum.

Hanc penes Hermannus Quartus, dictusque benigni  
Nomine Pacificus, Landgravius [d] Hassia, & idem  
Antistes, Patrum, quos Regula strictior ambit,  
Franciscanorum, fundo curavit ab imo  
Canobium educi, quæ prima Probatio nunc est

Ordini

a An. 1283. b 1298. c 1348. d 1491.

Ordinis illius, Provincia tota subintrat,  
 Inque loco tali, Iudaorum ante Palestram,  
 Quo ve Synagogam viguisse habitamque docemur;  
 Non tantum dictus jam Praesul condidit hocce  
 Sponte Monasterium, sacris at ritibus istud  
 Delubrum Divis solenniter ipse dicavit,  
 Devotisque Viris, Monachisque instruxit, ut eius  
 Mæcenas, Fautorque loci, Patrumque Patronus,  
 Qualis & illius dio Cognata favore  
 Elisabetha fuit, cœlestibus addita Nymphis.

Sicque Synagoga gremium veri Ara Tonantis,  
 Relligiosorum celeberrima limina Patrum,  
 Occupat, atque Deo veniente Idola ruerunt.

At quæ productum sit nomen origine, BRULA,  
 Antè octingentos, compertum est, circiter annos,  
 Silvosos plerosque locos, excisa fuere  
 Quæis ligna ignicrepis flammæ aptanda favillis,  
 Et calles sectandarum erupere Ferarum.

BROILUS, aut BROILI nomen duxisse, nihilque  
 Horret ab hoc verbo jam dicta Vrbs, BRULA, vocari.

Qua de Brulensi Satrapatu denique restat  
 Pagorum Series, prisco sua jactat ab ævo  
 Nomina Romulidum; à Ducibus vult namq; vocari  
 Quisque locus, Palmesdorf dat Palmatus, indè  
 Dat Julius Gulsdorf, Cardorf dat nomina Carus,  
 Trajanus Transdorf, Poppelsdorf Pablius: & cæc  
 Ex alijs alijs scribunt sua nomina Pagi,  
 Quæis tunc hiscè locis deducta Colonia multa est.

Praclara huic adsunt Satrapia Arcesque Domusq;  
 Iam pridem dicta, nunc Promontoria Sancta  
 VValpurgis Montem referunt, exinde refurgit  
 Mons Roseus supra, paulo infra in Monte propinquas  
 Villa-Regalis, Konigsdorff nobile Claustrum  
 Virgineum, cuius Fundator primus & Author  
 Augustus Casar, Carolus cognomine Magnus,

Adjacet Her-Mulheim, quondam Regina tenebat  
 Hoc proprium Richeza, tenet jam Teutonum ordo.  
 Ast Benedictinis sacratam Fratribus Aram,  
 Brunonis Villam, Bravweiler, strenuus Heros,  
 Ezo Palatinus Comes Erenfridus, (a) & huius  
 Mathildis Coniux, Ottonis Gnata Secundi,  
 Sacra Nicolao ponentes symbola Honoris  
 Struxerunt bini, donisque bonisque beârunt.

Quin & in hoc Templo monstratur Lancea acuminè,  
 Quâ sacrum Nostri Latus Assertoris JESU  
 Perfossam lacerumque fuit, quo Sanguis & Unda  
 Exiit, ô Magni Mystera maxima Verbi!

Hæc loca cuncta jacent prospectu penè sub uno  
 Rus versus, quâ Sol Eo surgit ab ortu  
 Vbiacam junctis spectantia nutibus Urbem.

Nunc Abbatia dicta Fundator uterque,  
 Nempè Palatinus Comes Erenfridus, & eius  
 Coniux Mathildis Nato Natasque sequentes  
 Connubio peperere uno: vis nomina? denos  
 Officijs Titulisque dabo tibi, Lector, in hiscè  
 Versibus; à Patria neuter virtute recessit,  
 Immo paterna auxit plus mille Talenta talentis.  
 Hermannus Prasul, qui dictus Nobilis, Alter.

Exitit Ecclesia, Nomine, Reque Pius:  
 Inde Soror Richeza fuit Regina Polonum,  
 Ponè gradus Sancto hæc sine, Beata jacet.  
 Otto Suevorum Princeps, Regnique Dynasta,  
 Otto Avus alter huic, sed fuit Ezo pater.  
 Quartus erat celebris pietate, fideque Ludolphus,  
 Strenuus ille Heros, Zutphaniaque Comes,

Sex Abbatissa: Sophia Abbatissa Mogonti,  
 In sacra Maria Virginis Æde stetit.

In Capitolino prasul Soror, Ida resedit  
 Delubro, tumuli dat pius hocce Lapis.

Novesim Hilduvigim tenuit, Dedekircha Mathildim  
 Prapo-

a An, 1024.

Præpositas habuit, qua pietate voles,  
 Insuper Assindis Theophana, Adelheia Nivella,  
 Qualibet Antistes præfuit. Ecce Decem,  
 Hisce Palatinis Bruno-Villaria gaudet:  
 O nimium fœlix stemma! beata Decas!

## IX.

## LECHENIUM.

**V**biaca medio jacet Vrbs Ruralis in arvo  
 Archidicecesis de Risa nomen adepta  
 LECHENIUM: gremio firmis complectitur Arcem  
 Turribus, hinc extrâ munitam duplici Fossa,  
 Illinc intus alit deductum ex aggere terra  
 Grande vadium. Henricus de Virnburg Prasul ab imo  
 Hanc struere est orsus convexa Turre, sub Annulo  
 Suprà viginti, sextum, quo sacra tenebat  
 Iura Pedit: Vbiacam firmum munimen ad Aram,  
 Ecclesieque potens Agrippinensis Asylon.

De Iuliaco exin Walramus (a) Episcopus, eius  
 Successor dictam robustis Turribus Arcem  
 Structurisque alijs munivit, idemque supremo  
 Artificum stabilivit Opus fundamine dextris.  
 Longinquum hic Prasul Domino cum Fratre gerebat  
 VWilhelmo Iulia Comitum de sanguine bellum,  
 Huius erat Comitum Residentia fixa Nideca,  
 Lechenij alterius, VValrami scilicet: hisce  
 Nonnulli voluere locis dare nomina; primò  
 Castellum Neyd. Et germanâ voce, latinâ  
 Invidia metam dicentes esse, cruentum  
 Et propter bellum, discordantesque tumultus

a AD, 1344.

Hos

Hos binos inter Fratres, à Fratре V Vilhelmo,  
Invidia oppositum liventi pectore Fratri.

Cumque velut dictum est, Arx Lecheniensis abisset  
In majus contra V Valramo à Prasule robur,  
Ridiculum hoc Latio Castrum, sed Teutonis ore  
Lächerlich visum est, quâ rupit origine nomen (illa  
LECHENICH. At quoniam tam verbum hoc, sicut &  
Vox, LEGIONIA CUM, quæ dictæ asscribier V rbi  
Postulat, in paucis authorum cognita scriptis  
Inveniuntur, amans poterit discurrere quivis  
Desuper ad libitum, quod mens dictarit & usus.

Idem de Virnburg Henricus Episcopus, ante  
Excessum è vivis, hunc primum jure potiri  
Libertate locum dedit, urbanosque favores  
Contulit, ut reliquis ex Urbibus, Urbis haberet  
Nomen, & in ciues civilia jura redirent.

Quod superest, planum situs illius undiq; fundum  
Occupat, & latis longèque jacentibus inde  
Solis ad occasum vergentibus emicat arvis,  
Auroram versus vero pinguisima vernant  
Prata, scatent varijs Piscina piscibus, usque  
Quæ procul à lapsam ducuntur ad Ervatis undam.

Hunc juxtà Fluvium Sedesq;, Arcesq;, Domusq;  
Nobiliù oxurgunt: Conradsheimb indeq; Buschfeldt  
Gracht, Gymnich, Thurnich, Kerpen, cum pluribus  
amplo

Quæ numero, versum rora, conspiciuntur, & hiscè  
Finitimus Julia vicinâ est parte Ducatus.

Fœdere conjunctis tribus Arx hæc hostibus (annis  
Elapsis) Suecis, Gallis, Hassisque furore (a)  
Impetitur, celeri flammâ prius Vrbe potitâ,  
Vis Arcis contra muros extrema paratur,  
Hostes urgebant, quassabant grandibus Arcem  
Tormentis, mortemq; globis sulphurque minantes  
Presidio Imperij; jacto Kipshovius igni

Respondit

a An. 1642.

Respondit gladioque, minis neq; cedere verbis,  
 Perstitit intrepidus, violentis fortiter armis;  
 Post sex hebdomadas, media inter tela, favente  
 Fortunâ, tandem fuit arx servata triumphans,  
 Hostilisque furor Vires, animosq; dolosque  
 Perdidit, infectâ re cedere ab arce coactus.

Et quamvis Vrbs hæc, vicinaq; patria circum  
 Senserit hoc belli furioso incendia motu,  
 Damnaq; perpetuis tulerit comitata ruinis,  
 Vix tamen huic strages illata advertitur Arci,  
 Nulli etenim cessit, sed contrâ audentius ipit,  
 Illius hinc toti patrie Constantia nota est.

Binas ferme horas validis illustre columnis,  
 Inde jaces Castrum Kerpena, aut Carpia juncto  
 Oppidulo, insignis quo Collegiata coruscet  
 Presbyteris, sancti Martini Ecclesia Mystis.

Hic locus Indultis, simul ac Mercaribus, Anno  
 Quolibet est pragnans; confines anteâ justo  
 Sub Titulo Dominos habuit de Stemmata Gymnich;  
 Inde Brabantinus Dux hoc certo ære Ioannes  
 Oppidulum Castrumq; emit: quod utrimq; tametsi  
 Hispanum, Batavosq; inter grassante Gradivo,  
 Viribus admotis sit quassatum atque potitum,  
 Iam tamem Arx isthac, & Pagus proximus Arci,  
 Omnibus Indultis, & juribus omnibus, [a] octo  
 Nuper obhinc annis, dum consultatio Theonis  
 Acta fuit, Bavarum Ducis, Electoris, & Archi-  
 Presulis, Henrici Maximiliani Vbiorum  
 Archidiceesis, pro tempore, Sacra tenentis  
 Sceptra, per unanimes sunt assignata Recessus  
 Arbitrio, juri, tutela, eiusq; potesta,  
 Sic & adhuc hodie sub eodem principe gaudent.

X.

a An. 1654.

## X.

## REIMBACHIUM.

**R**EIMBACHIUM, aut, alijs ut dicitur opinio, Rinbach,  
 Vrbs est, equata fundo qua, desuper Arce,  
 Spectat ad Vbiacam, longo jam jure Statuti,  
 Archidiecepsi. Conradus Episcopus, illam  
 Clarus ab Hochstadio Comes, & dux magnus ad Aram,  
 Munera plura inter, seu Donativa: propinqua  
 Quibus Satrapia jacet, qua dicitur Hardia, junxit  
 Archidiecepsi; verum sat tempore multo,  
 Ut Locus hic, alijs cum Castris, hisq; coevis  
 Urbibus, in pretium cessisset pignoris, ampla  
 Nummorum summa, VValramo à Prasile, pristino  
 Archidiecepsi juri fuit inde redemptus,  
 Turribus & Muris solidatus crevit in Urbem,  
 Ut Julia Comitem tali munimine Fratrem,  
 Consortesve, Locis alijs simul aggere cinctis  
 Stringeret, & mores hac frangeret arte tumultus.  
 Hincquaqua versum varijs ditissima tellus  
 Frugibus inturget, scopulosis proxima surgit  
 Eistia verticibus, qua non procul inde nivosum  
 Principium orditur, morientis ad ostia Phœbi,  
 Utq; per Aruweiler legere est, extendit ad Aram,  
 Seq; suasque comas & multò longius exit.  
 Antiqua hanc prorsum fundamina cernis ad Urbem  
 Cuiusdam saxo clausi tellure Canalis,  
 Equalem fossa speciem referentis aquai,  
 Iam plerisq; locis fracti excisique Canalis  
 Hic quatuor quinosve pedes producit in altum,  
 In latum prapè tres: venarum saxea verò

visce-

Viscera per terram deducta fuisse leguntur;  
 Nempe Agrippina suprema in Numinis Aede,  
 Iuxta Sanctorum Nicolai & Magdalis Aram,  
 Obducta iniectis prodit se ianua saxis,  
 Huius Aqueductus quæ prima exordia manant;  
 Insuper ante Urbis Portam ( Vivaria nomen  
 Est olli ) Vena hac lustratur, ad Efferen, inde  
 Tendit in Her-Mulheim, trans Promontoria, iuxta  
 Fischenig & Vocheim, quæ Prasulis alta Lacuna est,  
 Et Brulam retro, VValpurgis ad ostia Montis,  
 Vnde suum fertur Rivalis habere Platea  
 Nomen adhuc, RENGAS: velut Arx huic proxima  
 RENDORFF,

Nunc REINDORFF, ex hoc est nomen adeptæ Canali.  
 Hinc ultra Pagum Martini, viscera tendunt  
 Huius Aquæ in Ræsborg, Cardorf, atq; Hemmerig infra  
 Post VValdorf, iuxta Foveam, quæ Marga vocatur,  
 Ulterius Villense Nemus penetrare videtur,  
 Ferreus, hic locus, est Mas appellatus, & intrat  
 Per Cottenforstam, Morenhoven, & inde propinquum  
 Buschoven, Duntzighoven, sacrumq; Capellen (nalis  
 Cœnobium, & dictam REIMBACH, vel ab hocce Ca-  
 Nomine productam RIMBACH allabitur Urbem,  
 Hardensem rectè Satrapatum versus, ad oras  
 VVeingarten, Castenholtz, Antwoilerq; simulque  
 Per tractat Eifliacum prope [Vey quæ dicitur] undam,  
 Et Pagos Satzvey, Burveyq; Orveyque propinquos,  
 Quin etiam Weyer, Kalmuth, Kahl speñat & Heister  
 Vicinum inde Nemus, Rin dictum gurgite lento  
 Ultra Marmagium, Steinfeldensesque per agros  
 Fertur, & ebullit, demùm procul inde remotum  
 Per Trevirense solum, Trevirorum affunditur Urbis:

De nostro hoc varia est sententia mensq; Canali  
 Historicis, quidamque volunt, sub Casaris avum  
 Claudij in hanc primùm transisse exordia venam,

Traiana

Traiani vero perfectum aetate Canalem,  
 Huic Vrbi nomen REIMBACH, Rinbachve dedisset.

## XI.

## R H E N O B E R C K A.

**V** Na sub Vbiacam vult Vrbs Rheinbercka referri  
 Archidioecesin, quam praterlabitur unda  
 Inferior Rheni tractus, trans Wesel & Orsoy.

Dicimus antiquo, vere hanc deberet Urbem  
 Archidiocesi, qua finis ponitur illi,  
 Quamvis ipsa ditum propter, Rhenaq; fluentium  
 (Vtraque tractandis qua sunt aptissima rebus)  
 Praesidium Hispanum primo, Batavumque deinde  
 Senserit, atque hodie possessa habeatur ab ipso  
 Electore, suo cum milite, Regeq; Gallo,  
 Ampla capaxque sat est, bino circumdata vallo,  
 Et fossa duplici, firmum in Munimen abivit.

Non procul hinc celebris Bernardi ex ordine sacra  
 Abbatia jacet Fratrum, Camp nomine, ab illa  
 Moersensis partim Comitatus tangitur Vrbe.

A Nautis Vrbs hac infra supraque Carinis  
 Vecturis de jure capit vectigal, & illud  
 Hinc trasportanda coguntur solvere Merces.

Ad Rhenum validam Rheinberckæ annectere Turrim  
 De Westerburgo Siffridus Episcopus olim  
 Est orsus, Praesul cui post VVigboldus ab Holte  
 Dicti Siffridi Successor sumptibus amplis  
 Extremam imponi curavit in aethera molem,  
 Hac Rhenano Vbiam directo limite Turris  
 Archidioecesin distinguit, & inijcit olli  
 Finalem metam, velut huic exordia praestat  
 Archidiocesi Turris, qua dicitur Alba,  
 Antenacum supra, de qua prius egimus Vrbe

## XII.

## VNCKELIUM.

Vltiore vado, quâ Rheni littora spumant,  
 Archidicecesis Rhenana sibi alligat Urbem  
 VNCKELIUM: fœcunda quidem tenet illius agros  
 Planities, propius verò circumque sinistrum  
 Ad Rheni, dextrumque latus nectuntur eidem  
 Bacchiferi Colles, VVesterwaldensibus aucti  
 Culminibus; rapidi iuxtaque volumina Rheni,  
 Se nonnulla Situ per amœna Forensia produnt  
 Oppida, & hac inter Breitbacum, Erpela, simulque  
 Insula Kulandi, Regisque Genesia, iuncto  
 Heisterbacensi Cisterci ex Ordine Fratrum  
 Cœnobio, Drachenfeltz quod sub Rupe locatum est.

Hi septem Colles quasi sunt Clausura iugorum  
 Hinc Rhenanorum, Germanorum inde, supraque  
 Et longè latèque omnes colla ardua Rupes  
 Erectant, Montes prisca hos dixisse feruntur  
 Rheticones, propè quos, ut sursùm ad littora Rheni,  
 Circuitus quâ se VVesterwaldensis in alium  
 Ducit, & attingit vicinâ valle Saynam,  
 Vsque vetus Sedes ubiorum stabat & Ara,  
 [Agrippinates hodie quos dicimus] ante  
 Quam trans rhenanas hos Marcus Agrippa tulisset  
 In terras, de quo propè Lintz, prolixius actum est.

A iam pratæcta, Drachenfeltz, Rupe Draconis,  
 Allatoque simul de flumine, nempe Sayna,  
 Vsque vag. sese quâ VVuppera contrahit undâ,  
 Vsperes Populi subsellia fixa tenebant,

Iam passim Muspat gaudet locus ille vocari,  
 Et Pars Montensi quadam superaddita terra est.  
 VVuppera quæ verò Rhenum currendo deorsum  
 Labitur ad Ruram, Tenctri sua tecta locarant,  
 Nomen ab Angaria fuerant qui flumine nacti,  
 Vrdingam contra positi, debentur & ipsi  
 Montensi patria: plus infra murmurata Rheni  
 Ad Ruram propius noti celebresque Sicambri  
 Degebant, qui nunc Patria conuivere gaudent  
 Curviaca, cuius populi Duisberga subibat  
 Metropolis: Sedes Gallorum prima, frequenter  
 Ex quo dicta Loco gens Franca movebat avito  
 Romano imperio, trans Rhenum plurima bella,  
 Bella, ruinarum grandi comitante tumultu,  
 Perpeffis crebris utrimvis cladibus, unâ  
 Magni Fortuna Clodovai Regis & ausu,  
 Undique Gallorum Germanorumque iacentes  
 Ad Rhenum Terras, sua sub iuga duxit & arma.

Iam velut à septem deducti huc Montibus usque  
 Ad Rheno-Montensi Latus, quo & hæbus Eoo  
 Gurgite se tollit, Tenctri, V sipetesque, vocati  
 Qui nunc Montenses, habitabant, atque Sicambri  
 Livenses hodie: sed proxima Montibus hiscè,  
 Longius & sursum Flumen, sua tecta, Saynam  
 Servabant Vbij, loca nunc habitata Colonis  
 Agrippinatum partim Montensibus, atque  
 V Vesterwaldensi Populo, non absque trophæis.

Sic Treviri versus Coblentz, & longius ultra  
 Lahn propè, suprema exurgunt qua iugera Rheni,  
 Nassovij errabant, Iulij qui Casaris ævo  
 Tunc illa Regione domos sedesque locarant  
 Gente Sicambrorum non inferiore, vetusta  
 Qua loca, cum Populis, Titulisque suis met, ad unum  
 Enarrare foret longum nimis, at tamen huius  
 Cùm fiat Propositi, multos quoque fallat eorum  
 Cognitio

Cognitio, à Tacito, Plinioque & Casare plenum  
Historicisque alijs poterunt acquirere lumen.

Quod Fratres aliàs Heisterbacensis, ut actum  
Antè, Monasterij concernit, habemus abundè  
Hos dictum Stromberg septem de Montibus unum  
Incoluisse olim, cuius sublime Cacumen,  
Continuos propter Boreaque Austriacae furores  
Deseruere, dein cum sceptrum Philippus haberet  
Archipater, Sacro Petri de nomine Vallem,  
Heisterbach hodie, petiere, locumque citatum  
Cœperunt habitare, novas ubi cernimus Aras,  
Bernardinorum pulcherrima marmora Fratrum.

Quod superest, dictam supra spectantur ad urbem  
UNCKELIUM, in Rheno scopuli, lapidesq; quadrati;  
Vnus quos inter, grandi se pondere multum  
Allevat immanis, prætervectantibus inde  
Assiduè nautis metuendus, & usque cavendus  
Præclari in Drachenfeldensis vertice Montis  
Castri Lapidés fodiuntur, & eruta Saxa  
UNCKELIUM iuxta, sic Unckeliensta dicta,  
Unckelstein vulgò, validis sunt apta locandis  
Mœnibus & Muris, Drachenfeldensia vero  
Aptandis Magnatum Aulis, Procerumque Palastris  
Mirificè profunt, qua diversissima mundi  
In loca, per Rheni vectantur Flumen onustis  
Navigijs, grandis structura in quemlibet usum.

Insuper UNCKELIUM Lapidés tres, nomen ab ipsa  
Sortitos hac Vrbe gerens Insignia præter  
Cætera se iactat, non parva Symbola laudis.

Virgineum in Rheno, Benedicti ex ordine Claustrum  
Agrippinatum Fridericò à Præsule iuxta (dam  
Hanc Urbem extructum est, Nonnenwerdt nomine, quò-  
Insula Rulandi, multisque favoribus illi  
Cœnobio donisque Pater largusque Patronus  
Præsuit, & quantum fuerat donasse necessum.

Con-

Contulit: ille idem curavit Episcopus Arcem,  
 Dudum collapsam desolatamque vetustis  
 Temporibus summo Rulandts-Eck culmine Montis  
 Ad Latus occidentale, dicti è regione locari  
 Cœnobij, firmumque simul munimen in altum  
 VVolckenberg duxit, demumq; hac fundus in arce est.

Hac adeo celsis qua Propugnacula stabant  
 Montibus, & Castrum Drachensfeldense vicissim,  
 Propter inhumanos animis crudelibus ausus,  
 Barbaricasque neces, atque Tyrannidas, illic  
 Qua dominabantur, magni sub Præsulis ævum  
 Hermanni, sunt strata imo dejectaque fundo,  
 Ut ruderæ ostentant, nil, quod fuit antè, relictum est.

## XIII.

## CÆSARIS-INSULA.

CÆSARIS hac merito propè Rhenum Vrbs Insula  
 nomen

Obtinet, adjunctum servat Vœtigal & Arcem  
 Conspicua Turri validam. Tutela, Salusque  
 Hac Patria est; trans Rhenanæ substernitur ima  
 Archidiœcesi, tribus hisce Ducatibus infra  
 Montensi, Clivensi, Marchensique propinqua,  
 In circumfuso jacet INSULA condita Rheno.

Hac Augusta fuit quondam Trajana, vocata  
 VVERDA alias, & Heristalli primæva Pipini  
 In proprijs Sedes, Burgundi Principis, atque (a)  
 Austrasia Regis, Staturæ & nomine Parvi;  
 Casaru hic Caroli de Nomine & Omine, Magni  
 Ille Pareus fuerat, Plectrudis Regia cuius  
 Sponsa, Palatino de sanguine sanguis Avorum.

His

Hi Capitolinum, nunc versum in nobile Templum  
 Mundanis sacrum, claro de stemmate natis  
 Virginibus, dictum tunc temporis Austrasiorum,  
 Seu Lotharingorum sublime Palatium habebant  
 Agrippinensi quod adhuc spectatur in Vrbe  
 Indigetes magni possessoresque potentes.

Ecce supervenit sanctus Swibertus, eodem  
 Temporis in vivis, illustri è sanguine ductus  
 Nortingham Comitum, quos Anglia nutrit & ornât.

Hic postquam juvenis juvenili etate peregit  
 Vitam exemplarem, primoque Monasticus, ultra  
 Octo novemve annos, Eboraci est unctus ab ipso  
 Archipatre Egberto Canonum de more Sacerdos,  
 Max Abbas Dacoris studio, ac pietate decorus  
 Exitit, Hortator fervens ad dogmata Christi.

Assumpto numero, bis sex exinde virorum,  
 Divinum sacra mentis quos Flamen agebat,  
 Ad convertendum Frisios Batavosque supernis  
 Mittitur auspicijs cum iam sub munere tali,  
 Quo fungebatur vir sanctus amore salutis:  
 Prasulis officium gestaret, Episcopus, ille  
 Werdensis primus, Mitraque Pedaque coruscus,  
 Vir pius, & Frisonum jam dictus Apostolus, ecce,  
 Illius ut meritis Hollandi ex parte, supremo  
 Jurassent veroque Deo pia sacra professi,  
 Radbodas Frisia Rex insidiatur ovili  
 Christicolum, & tali bacchatur ubique furore,  
 Mystrarum ut dudena dein (novus illo professio  
 Coetus Apostolicus fuit) in consinia passim  
 Sic loca sparsa cohors, & divo sorte Swiberto  
 Minus Apostolicum per V Vestphala contigit arva.

Indè Monasterium Bilefeldt propiusq; Visurgim  
 Acturum tendit, quin & se longius effert  
 Angariam versus, Montisque & Marchia in Oras  
 Ad Ruram, Populi qui Boruëuarj amabant  
 Tunc dici, & multum tanti Praconis ab ore

In convertendis animabus, scilicet istas  
 Per terras, omnem fructus crescebat in horam,  
 Vi Miráclorum præunte sequenteque Divum.

Cumque Boructeris bellum contingeret acre  
 Saxonibusque, loci propter cónfinia juris,  
 Ad Magnum Austrasia Regem, dictum antè Pipinum  
 Et sanctam illius, Plectrudem nomine, sponsam  
 Venit Agrippinam, in dicta jam scilicet urbe  
 Obtinuitque locum vir sanctus ab auspice cælo;  
 Hic ope prædicta Plectrudis condere cepit  
 In VVERDA Templum, vicinis inde salutem  
 Vt terris patrijsque novâ plantaret in Ara.

Quod factum, ex eius potis es deducere vitæ  
 Historiâ: demùm perfectò munere, multis  
 Lucratis animis, terrisque affinis, omni  
 Cum Populo ad vera Fidei mysteria ductis,  
 Etatis nonus dum (a) sexagesimus annus  
 Curreret, in sancta Vir sanctus pace quiescens,  
 Transscripsit cælis Animam, cineresque sepulchro.

Hinc portentosam propter miracula mortem  
 Quæ comitata dein, tum plurima signa, probata  
 In summa vita rebus Pietate gerendis,  
 A multis hodie colitur, veneratur, & illa  
 Eximius Tutor, caniturq; Patronus in Vrbe.

Magnus Dux verò, celebrisq; monarcha Pipinus  
 Subsidio Divi postquam meritisque Suviberti  
 Hanc juxta VVERDAM, bino de Marte triumphans,  
 Cum Boructuaris (b) stravisset Saxonas, Vrbi  
 Robustis muris firmam superaddidit Arcem,  
 Quæ [ cum succrevit gemino huic Vrbecula fulcro ]  
 Sub Barbarose Friderici Cesaris avum  
 KAYSERSVERDA fuit, seu CÆSARIS INSULA dicta.  
 Auduit antè diu divini VVERDA Suviberti.

Hunc canonizavit VVERDÆ Leo Tertius, illud  
 Festum exornavit Caroli præsentia Magni,

In magno numero populi spectante catervâ. (a)  
 Post Theodoricus moersa Comes, Vbius idem  
 Archipater, Thoma festiva luce, (b) Gerardo  
 A Comite à Clivia cognatâ stirpe Nepote,  
 Kayfersverdanum pro centum millibus Auri  
 Florenis, Castrumq;, simul Vectigal, & Urbem  
 Emit, & assciuit, sic ut vi, jamque vigore  
 Desuper erecti Tractatus, atque probati  
 Consensus, etiam votis (c) concordibus, olim  
 Archipatre, & Statibus Patrie ad sacra fœdera ductis,  
 Tempore ab hoc Castrum. vectigal & INSULA certa  
 Vbiaca semper remaneret & usque, statutum est,  
 Archidicepsi: Comes hinc Clivensis in omne  
 Sponte resignavit ius Urbis & Arcis, utrimque  
 Pro se, proque suis post-successoribus, inque  
 Perpetuum robur, validis super astra columnis  
 Armatum Castrum, simul & compagibus urbem  
 Rhenanum iuxta Flumen, per commoda propter  
 Strata Sitis firmis circumdedit undique vallis,  
 Inque reale dein (quod adhuc) Munimen abivit.  
 Hac adeo fortis lustratur Turris in Arce,  
 Ut nec Tormento possit quassariet ullo,  
 Ignicre pove globo, Balistâ, ullove Molari,  
 Quin ita provisâ est rebus sub quemlibet usum  
 Ars, hosti ut terror sit & Vrbs iam terror Eidem.  
 Nitro-Pulveream tetigerunt Fulmina Turrim  
 Nuper in Arce, cui damnum sat [d] grande tulerunt  
 At citrà vulnus Muniminis huius & Urbis.  
 Hac exempta olim per vectigalia Rheni  
 INSULA, & Indultis alijs donata: sed inter  
 Hac, primum est, nulli quod concedatur adire  
 Ex Gelris Regimen, Clivis, Montensibus ullum:  
 Hoc Patriota autem soli servatur honori,  
 Inque Dioecesi natis, patriaque Ministris.

[a 803. b 1931. c 1463. d 1456. 5. Julii  
 H 2 XIV,

## XIV.

## ZONTINA.

**V**Rbs ZONTINA Vbia, complexa Teloniū & Archid.  
 Archidicepsi substat, quam verberat infra  
 Rhenus Agrippinam: huc, quondam vectigal ad urbē  
 Nussiacam positum, Rhenana propter Aquas  
 Defluxum, cessit: Dant nominis Etimon huius  
 A Sunicis quidam: quos postea legimus Hunnos:  
 Quo Sundorff etiam dici vult nomine, verum  
 Hac contra Tacitum pugnat sententia, claris  
 Qui probat in scriptis Vbios, aliasve Colonos,  
 Vsq; Betavv à Coblentz, vicino in littore Rheni,  
 Hanc defensuros, adversus Teutonas, Vndam,  
 E regione sitos, hinc inde fuisse locatos.

Hoc etiam multò minùs est fas credere, in hisce  
 Partibus ad Rhenum Sunicos vixisse, vocatos  
 Post Hunnos, verè hac fundatur opinio grandi  
 Erroris fulcro; nam lectum est sæpius, Hunnos  
 Vndecies sanctam cum mille sodalibus, inter  
 Virgineos de Sede Choros, & Martyras, ante  
 Agrippinensem circumvallantibus urbem  
 Vrsulam inhumanà mactasse tyrannide, neve  
 Hoc ullo in textu posse, aut potuisse probari,  
 Qui quondam has, avum prodire sub Attila, in orat  
 Qui verit Hunnorum malesana propago: sed illi  
 Sunt informandi, dictos hac taliter Hunnos  
 In loca delatos, ad Rhenum nuper Alauri  
 Qualiter atq; Gothi, Gens Hunnis proxima, quorum  
 Dux maximus erat, qui penè Vicelia in urbe  
 Mammaa cum Matre fidem Christi ore professa

Cæsare

Casarem Alexandrum per vim fraudesque dolosque  
 Truncavit, nisi suo est substernere juri  
 Imperium, at demum multorum sanguine fuso  
 Chribicolam quos ipse neci dedit, horrida mortis.  
 Supplicia Aquilia dignus gravioribus usque  
 Tormentis, eadem sensitque hausitq; Tyrannus.

Nunc ut propositum tangamus, & Urbis ad ipsum  
 Labamur nomen, ZONS dici vult quasi ZUONS  
 Antiquis verò Friedstrom, reperitur in actis  
 ZONTINA in latio sermone: hūc addidit Archi-  
 Antistes firmam Dux Westerburgicus Arcem  
 Siffridus (a) propter causati fulmina belli  
 Tunc Agrippinam qua detorquebat in Urbem.

Archipater de Sarverda Fridericus, ibidem  
 Sponte Teloniacam, Petri de nomine quondam,  
 Extruxit Turrim, ZONTINA robur in urbe.

Huius circuitus situs huc illucque vadosa  
 Ad Rheni ripas, viridantibus ordine pratis  
 Vernat, & hinc contra Rus, nobile turget opimā  
 Fertilitate solum, planoque sub aquore Tellus.

Hos Satrapatus agros; olim Comitatus, amabat  
 Hullickrahdt dicit: vicinis tangit aristas:  
 Henricus quem de Virnburgo (b) Praesul, ad amplas  
 Nummorum expensas, Argenti pondus & Auri,  
 A Theoberto praclarā stirpe, Lovone  
 E Comitum Clivia possessum, rursus avito  
 Archidicecesis juri emit, & usque redemit,  
 Quin & in Vbiaca convexis mœnibus Arcem  
 Praesidium Ecclesie, Robur, Munimen, Asylon,  
 Tutelamque vehi summa in fastigia, crassis  
 Turribus, & Fossis curavit utrimque coire.

Iam sub praedicto Satrapatu, Martia quondam  
 Quā via Rom' idūm, woringa (aliasve Buruncum  
 Oppidulum) talique loco jacet, Ara Tonantis,  
 Divorumq; Aedes quo nunc extructa videtur.

a 1290, b 1323.

Roma

Romanique olim Castrum stetit agminis, Horne,  
 Nomine, nec multis abière Decembribus anni,  
 Cum Romanorum monumenta antiqua reperta  
 Hocce loco, raras populo monstrantia formas. (rama

Non procul inde, tamen fors parvam impenderis ho-  
 Tucundo in luco jacet Abbatia celebris

Norbertinorum Knechtsteden, Episcopus Hugo  
 De Sponheim, jam jam morti quam proximus, ipse  
 Fundavit Divis, alias monialia plura

Claustra, velut Langwaden & Eppinghofen ad Erftã,  
 Prætereunda mihi non est Processio, magno  
 Que numero Populi in Nivenheim, sacra quotannis  
 Vota Deo solvens, in Salvatoris Honorem

Tendit: & hinc qui vis haurit captatque salubrem  
 Corporis atque animi sanã virtute Medelam.

Hic Satrapia etiam venit Patrimonium, avita  
 Prasulis Eximij, Conradi, illustris ad Aram

Hochstadiumq; suo Comitum Residentia jure: [sten,

Hinc penes Hulckradium Vicus, quem dicimus Hœ-  
 Hochsteden quondam superest, quo Prasule junctus  
 Holzensis Comitatus, uti quoque plurima Sedes  
 Tam Comitum, Ditionum, quam Regionum  
 Metropolitanas Vbiorum cessit ad Aras.

Ius Zontinensis servat pro tempore Consul  
 Graminis & Frondis, Friderico à Prasule nuper  
 Roboris eductum valido munimine Castrum,  
 Exhibet Archivum Zontinense, ante fuisse  
 Delubrum, Templive Domum, quin jugera circum  
 Inde jacent Templi, Templaria nomine dicta,  
 Tempellandt alias: Hassorum Marte furente  
 Cum dejecta globis rudera evulsaque columna  
 Sunt restaurata, dicti fundamenta Templi,  
 Adstructique Chori certis patuere figuris.

Laude coronatur Zontina, Exercitus agrum  
 Hassorum hunc, quando vastabat milite[a] Castris

No vesti educto, binis crudeliter urbem  
 Tentabat vicibus, Ravenhaubtq; furentibus armis  
 Destitit haud quaquam; verum Golsteinus illic  
 Commendans ausis violentis restitit, Arcem  
 Atq; urbem servans pro Numine, Casare, Divis,  
 Cecos pugnantes Hassos sub nocte salutat  
 Taliter, ante diem, ut caeca confusio noctis  
 Inde fugam, hinc abitum nocturno suaserit Hosti.

Ast vice post alia, Melandri adventus eandem  
 Obsidionali clausam cinctamque Thalange  
 Urbem dissolvit, libertatemque redemit.

Binos post annos ZONTINA hac pectora Martis  
 Ulterius sensit, dolor! eheu (a) Castra propinqua  
 Hassorum rursus quando Lamboius agro  
 Grevenbrochiaco temere est aggressus in armis.

Primitus in Cattos quamquam felicia signa,  
 Atque trophæa tulit, tamen his Fortuna noverca  
 Consilia ardiri desperabunda coegit.

Cumque recisis esset via, & interclusa potestas  
 Erstam transiri clausam, victoria cessit  
 Non sine clade tamen, penes Hostes, fausta repente

ZONZIA murus erat casu hocce, resumens vires  
 Lamboio permisit, ab hinc non tempore longo  
 Offensivè adit Cattos, Padebornia Castra  
 Invadens, urbemque illam pro Prasule servans:  
 Progressus votitus: Pax alma recondidit Enses.

21648. 14. Jun.

## XV.

## LYNNA.

**I**Nter Rurales unam sustollimus Vrbes  
 Archidiaecosis LYNNAM, cui firma jugatur

ARE

Arx, Satrapæve Domus, quò se bis terve per Annum,  
Sapius aut etiam, gestans pro tempore fasces  
Archipater Cervos, consecraturus & Apros  
Devehit, & Lucos passim venando peragrat.

Hac, etenim Inferior qua collustratur ad Eurum  
Parte, Dicecesis, lignorum fertile circum-  
Quaque Nemus frondet, multa que sub arbore densè  
Visuntur Saltus, maiorum lustra ferarum,  
Ingenti hac numero qua per Dumeta vagantur,  
In Venatoris prone venabula cursu.

A Rheno binis fermè quadrantibus hora  
Vrdingaq; jacet, propè quam stat cernere Claustrum  
Virgineum, Mehr nomen huic: Residentia quondam  
Illustri Comitis fuit, & Comitatus ibidem.

Hunc post Hilgundis Superis adscripta, per eius  
Gnatæ Hadevwigis: ibi Sacra qua prima Palastra  
Abbatissa fuit Consensum, unumque sororis  
Votum Elisabethæ, Comitissæ à Randerath atque  
Lidbergæ, Divam, rerum Patrona Sacrarum,  
Pramonstratensis fundavit in ordinis Ædem.

Prasul Reinoldus de Dasselen addidit illam  
Archidicepsi: verum urbs à Prasule LYNNA  
Henrico Virnburgensi civilibus aucta est  
Iuribus, & multis dotata Favoribus (a) illa  
Cum Reesa, Rheni, qua nunc Clivensis, ad Vndam  
Permutata fuit. Dicta qua subiacet Vrbi,  
Non modò pravalidis Arx in fastigia muris  
Obductisque Vado fossis, at quaque rotundâ  
Amplâ, robustâ, & forti circumdata Turri est,  
Qua Furnis, Putrisque, Molis, alijsque, sub ima  
Quæis opus illati fuerit discrimina belli:  
Rebus, & adiunctis provisæ sat, atque repleta.

In propriis olim Clivia Comes Vrbe Iohannes  
Hac utebatur LYNNA Possessor, [a] & Hares,  
Cuius post mortem Vidua, pro tempore Vite,

a. 1330. b. 1370.

Iuribus

Iuribus appropriis LYNNA assignata Mathildi est.  
 Invida huic autem Patrii Successio Adolphi  
 A latere à Clivia Comitis, Vidua ipsa suomet  
 Arbitrio Satrapam Stephanum de Dunen honesto  
 Officio removet, quod participare negaret  
 Fraudis in astu, ergo Henricum de Strunckede fecit  
 Praefectum Officii, cum quo convenit, ut ipse  
 Affereret LYNNAM simul Orsoviamaq; probatuna  
 In pignus cessisse sibi, pro millibus octo-  
 Ginta, ex antiquis Scutorum, nomine tali  
 Ut simulando sibi binas asscisceret urbes.

Quod sic Henricus de Strunckede fecit. & orta  
 Hinc patria gravis est, inter, lis magna, Dynastas.

Et quia communes tractus quacunq; viaruna  
 Infestabantur spoliis, crebrisq; rapinis,  
 Archiepater Sarverdensis Fridericus iniuit  
 Iam cum praeacto Henrico de Strunckede firma  
 Foedera Tractatus, ut Castrum Prasuli & urbem  
 Agrippinatum pro certa ex aere moneta  
 Cesserit, ast domum post multos inde tumultus,  
 Cum Comite est ictum Clivensi foedus Adolpho,  
 Ut Fridericus ei pro summa solveret ante  
 Septuaginta auri Florenum millia, tandem  
 Ut propria Vbiaca stabilisq; urbs LYNNA maneret  
 Archiducepsi Reesa, Aspellumque vicissim Cest.  
 In dictum hunc Comitem transportarentur, ut actuna  
 Et sic LYNNA Patri patria pro tempore parer.

## XVI.

## URDINGA.

**P**roxima Rhenanis URDINGA urbs jungitur undis.  
 Inferioris ubi tractum gremiumq; subintrat

H 5

Archi.

Archidiœcesis, plano superinsita fundo,  
Frugiferoque solo, quod pingues nutrit aristas.

Hoc in complexu, sub Christi circiter annum  
Post sexaginta, denum: cum maxima totum  
Seditio Imperium Romanum, urbesque teneret,  
Exortos propter conjunctis Cesaras armis,  
Discordes etiam motus, bellique tumultus  
Surgebant juxta vicini flumina Rheni.

Claudius è notâ densum Civilis ut agmen  
Gente coëgisset Bataviæ, multumque propinqua  
Turbarum multumque mali vexisset in oras:

Romane acturum Præses Ductorque cohortis  
Ordinatus Flaccus contra sua signa movebat,  
Quo Dux ille loco castrum sibi forte locarat,  
De cujus munimenti cognomine, juxta

Multorum mentem, quorum sententia nobis  
Perplacuit, Ordo quasi hæc vult urbs URDINGA vocari,  
Aut Castrum Ordéonii, quamvis ut plurimus urbi  
URDINGÆ Scriptor græcum subscribere nomen  
Gestiat ὄργεῖν ἔν, qua vox Magazina vocatur,  
Esse domus, sicq; URDINGÆ de nomine mens est.

Vicinis alias in partibus, obvia prona  
Littora trans Rheni, sita gens, populique coevi  
Plurima Romanis movère incommoda, longas  
Difficilesque acies, & maxima praelia belli.

Hujus præcipuum roburque, potentia, visque  
Gentis ad URDINGAM, Duisberga: Regia Sedes  
Qua tunc Francorum fuerat: conjuncta vigebant;  
Hique simul fuso Socialibus agmine nervis  
Præcipuum Romanorum munimen ab imo  
Aschburgum fundo sic destruxère, lapisve,  
Ut nihil hoc ævo, capitis, caudave superlit,  
Hoc solum excepto, quod in istis sinibus, altam  
Infrâ tellurem, quondam Gentilibus usa  
Diversis dispersa locis Nummismata sese,

Atque Characterum species, & Grammata vastis  
 Prodidit saxis incisa, ad flumina Rheni,  
 Et juxta vicum, qui dicitur Emmerig intra  
 Moersensem Comitatum Aschburgo, urbique pro-  
 pinquam

URDINGÆ, in tanto tam pauca invenimus agro,  
 Tunc alia ex aliis excursibus hostis, in amplis  
 Munimenta locis, grandes perpeffa ruinas  
 Perpaucas tenuere Domos, quas condolet inter  
 Calo, Calenhausen vulgò, simul atque Vetèra,  
 Quò post Coenobium, Vorstenberg nomine, structum,  
 Romani vero summum subiere cruenti  
 Hostis onus, rabidi damnum irreparabile Martis,  
 Vrbs Princeps Horum Trajana Colonia quando  
 Francorum subit motus, aquataque fundo est.

Hæc sita post Xanthos urbs lustrabatur, in ipso  
 Tramite, quo Xanthis Zonsbeckam tenditur, illæ  
 Divi Bernardi quæ nunc spectare sacellum  
 Parte licet, solùm tam grandi ex urbe superstes.

Crudeles adeò strages fecere sub illa  
 His atate locis, gentiles, inartia, Franci  
 Pectora, tam nocui vomere tonitrua belli.

Iam velut URDINGÆ munimina proxima, & infra  
 Romulidum, Rheni trans murmura fusa deorsum,  
 Tam miserè prostrata jacent, sic antè profata  
 Haud minus atroci Martis Castella furore  
 Demolita gemunt, ut Gelb, Gelduba vetustis,  
 Quæ nunc pauca ades fumant, paucique camini;  
 Hujus voce loci, Populos hinc inde jacentes  
 Geldubas olim dixere, locosque citatus  
 Tangitur à Plinio, Galba his Sulpius oris  
 Rhenanos conservando sudavit, & omne  
 Impiger in studium circum adificare propinqua  
 Castra locis, magno hinc Galba de Cesare venit  
 Gelba, jacent antiqua etiam fundamenta ibidem.

Cre

Credidit à multis quod sit nova Tracia Trarhehd /  
 Jam quamvis Ericetum extet, tamen usque leguntur  
 Ex istis Gelbis, quidam quod nempe Monarchis  
 E Romanorum, Caesar curavit opimum  
 Inde sibi fructum, Siferis sub nomine, Romam  
 Transferri, cuius Tellus ea prodiga fetus.

Hinc Geldubarum genti (a) Mystera Sacra  
 Divus Suvibertus fidei suggestit, in urbe  
 Werdensi residens, aut Caesaris-Insula: ab ejus  
 Coelica Evangelii captabant Praefulis ore  
 Dogmata divinis mentem informantia rebus,  
 Presbyteros his ille dedit, Missaque ministros  
 Praeposuit, Praecoque fuit, delubra profanis  
 In quibus Idolis, funestos Thuris odores  
 Et Sacra falsa dabant, Divum convertit in Aras,  
 Sancivitque piis sacro de more statutis,  
 Et dictam primus perduxit ad inclyta gentem  
 Castra Dei, verumque dedit cognoscere lumen  
 Salvifica fidei, qua celsus aatur olympus.

De reliquo Henricus (b) Praeful Virnburgicus, urbs  
 URDINGÆ fossas, Muros, Turresque, simulque  
 Cum Claustris Portas, Civilia iuraque, nomen  
 Urbis ut inferret, subiecit, & addidit: ante  
 Abfuit à Rheno passus urbs illa trecentos  
 Vltra, quod spatium Rheni devecior unda,  
 Alluviumque ferè dictam delambit ad urbem.

a. 705 b 1330

---

 XVII.

## REENSA.

**H**inc ultra Coblentz, Rhenana ad Flumina,  
 REENSA,  
 Archidiecefis quamvis à Corpore paulum

Distes

Distet, ad Vbiacam tamen ipso jure refertur  
 Archidicesin, sed adhuc sub pignore vivit  
 Hassorum: Vrbs eadem muris & turribus aucta  
 Adjacet apricis Bacchique feracibus arvis,  
 Equibus Albellum sat vinum forte quotannis  
 Provenit, & quanquam Vulgo in proverbium abiit,  
 Vinum REENSENSE non causat gaudia mensa,  
 Attamen hoc gustatur odore, colore, sapore.

Hec Divi quondam fuit urbs ex ere paterno  
 Praefulis Austrasii Cunibersi propria, Rhenum  
 Qui juxta fluvium hunc, & jus quod habebat, ibidem  
 REENSÆque & Zeltingæ, Rattichique, Mosellam,  
 Omnibus adjunctis Vbiam transfudit in aram.

Hic adeo insignis claret prospectus, ut uno  
 Intuitu, in quatuor Castella, & quatuor Vrbes,  
 Inque Dynastarum Ditiones quatuor inde  
 Lustrari detur: REENSAM, quam vindicat Archi-  
 Praesul Agrippinas, Stoltzenvestam atque Capellam  
 Annexam Treviris, & cis vaga littora Rheni  
 Overlahnsteinam, Labneckamque in super arcem  
 Jure Moguntinam: Braubach Castrumque vicissim  
 Marxpurgum, & Princeps hoc Darmstadiensis adoptat.

Hanc supra REENSAM multoq; propinquius urbem,  
 Ad Rhenum Structura vetus, collapsaque prorsum  
 Est sita sub nucibus, qua Regia Sella vocatur:  
 Wenceslaus in hac Caesar, quem diximus olim  
 Ignavum, propter delicta patrata, quibusque  
 Romanum Imperium destruxit, & ere gravavit,  
 Consilio Procerum, Regno detruditur, & sic  
 Post M. bis duo C. exaucteratur ibidem.





## XVIII.

## MECKENHEIMIUM.

**I**N nostra exurgit, MECKENHEIM, metra Forense  
Oppidulum, nuper (a) quod adhuc transiit in  
urbem;

Juribus urbanis, aliisque favoribus auctum,  
Archidicecesis reliquis ex urbibus, equâ  
Libertate valet, geminoque potitur honore.

Urbs hac in plano lustratur condita campo  
Fœcundis utrimque agris, prætisque rotundum  
In gyrum vernat, vicinam hinc montibus addit  
Eisbacis partem, partemque Aralibus inde  
Culminibus nectit, binis innixa columnis.  
Hic in marmoreo ducto sublimè sepulchro,  
A varij circum populi præeunte catervâ  
In Pastoralis Divorum ritè frequenter  
Ecclesiâ Sacri cineres, atque ossa coluntur  
Wendelinorum. Fernandi tempore Magni  
Præsulis, hac Urbs ad Patriæ Comitibus scripta est.

Sanctus de Sonnenberg Archiepiscopus ANNO  
Diva & Richeza MECKENHEIM cepit, & illa  
Tam celebris matrona fuit Regina Poloni:  
Illius postquam Mejec. stans abisset  
E vivis Conjux, quamplurima mûnera præter,  
Quæ pro structura dedit ac fundamine templi  
Collegiive, Gradus Mariæ quod Virginis, aito  
Agrippinensi Titulo dignamur in urbe,  
Archiditecesi junxit, nunc cernimus urbem.

Hinc in præcæto tumultata Richeza quiescit  
Collegij templo, quâ demonstrantur ad bucdum  
In Mausolao defuncta cadavera talis  
Matrona, tanta Regina, Authoris & hujus  
Ecclesiæ, de qua Benefactrice atque Patronâ  
Imperii pomum MECKENHEIM gestat in armis.

(a) 1636.

AR-



ARCHIDIOECESIS  
COLONIENSIS  
PARS  
VVESTPHALICA.



*ESTPHALIAE quamvis uno sub Nomi-  
ne, Totum*

*Hoc comprehendatur, quo septimus or-  
dine constat*

*Circulus Imperii, cuius divisio trinis  
Sistit in Ordinibus, qua particularis  
ubique est.*

*Relligiosi etenim praeunt, quibus Primus, & Alter*

*Principibus surgit, verum Imperialibus Ordo*

*Vrbibus est ternus: Padebornus Episcopus antea,*

*Ultrajectinus, Mimigardenvordt, Eburonus,*

*Cum Cameracensi hinc Osnabrugensis, & inde*

*Mindensis cum Ferdensi de jure sequuntur:*

*Praelati, VVerda, Stabiletii, Corneli ad Indam*

*Nempè Monasterii, Echternaci, Corbiacique,*

*Abbatissa, Heruordt simul Essenique coruscant.*

*Altra Ducum, Comitumque subit Pars, secula  
servans,*

*Qua Julia, Montis, Clivia, Marchaque supremus*

*Est Princeps, Comes Embdanus, Luceburgius, atque*

*His Orientalis Erisius, Dileburgicus altus,*

*Man*

Manderscheidt, Virnburg, VViedt, Sajn, Ridtber-  
gius, illis

Brunckhorst, Benthemius, Tecklenburgenfis, & Hoius,  
Oldenburg, Steinfurt, Reckum, Pirmundius, Arburg,  
Culenburgh, Diepbolt, Schaumberg, Spielbergius,  
Hornus, (astant.

Quis Domini in Semerauff, VVinnenberg, Lippius  
Tertia jam sequitur Pars Imperialis, & Vrbes  
Continet: ex illis prima Agrippina, subintrat  
Postea Aquigranum, Camerich, Dordmundis, Soistū.

Hæc loca VVestphaliæ sunt appropriata potenti  
Circulo, & hinc unum cessere in corpus ab Anno  
Mille & Quingeno. Salva est sua Sessio cuique, &  
Matricla Imperii Romani adscripta leguntur.  
Dumque graves causa, momenta & pondera Regna  
Pertractanda cadunt simul, Imperialibus adsunt  
Aptè dispositi Conventibus Ordine, sedem  
Quisque suam scandit, dat vota, & jura tuetur,  
Sive is mundanus, sive Ecclesiasticus intret.

Nil tamen huc faciunt tot pravia, namq; Ducatus  
VVestphaliæ, si recta tenes vestigia, quondam  
Saxonia Ducibus proprius, bellante Leone  
Imperii adversus Regnum proceresq; rebeli;  
Barbarossa exin Fridericus Cesar, Eundem  
Imperii consensu: Vbio pro Prasule cessit,  
Sub quinquaginta marcarum millibus, illam  
Electo Summam solvit Philippus ab Heinsberg,  
Archidicæsis de quo transiit ad Aram,  
Perpetuò nomenque tenet, Successor & ejus  
VVestphaliæ, Angaria Princeps, ut diximus antè.

Hic binas Arensbergam, Angariamque, Ducatus  
In gremio servat Comitivas, itque jugosas  
Ardus in Rupes, pollet Venatibus omnis  
Aprorum generis diversarumque Ferarum,  
Et Salis, & Ferri, Plumbiq; Arisque fodinis.

Sax nutrit rivos; Ruram, Menumq, Lenumq,  
 Almam, & Dymellam, quæ non procul inde Visurgim  
 Inluit, aquor agros ubi planum sustinet, omni  
 Fertilitate graves, & frugum munera opimos,  
 Hoc Arensburgum super Angariamq, Ducatu  
 Sunt hæc comprehense, quas subdere proderit, urbes.

Werla præt, celebrem quam fertile prædicat arvum,  
 Et loca fæta salis, multoq, coluntur honore,  
 Illic Nobilium antiquissima stemmata Sultzrüm,  
 Quæis Regni Reges, quæis Imperiæ Monarchæ  
 Multa indulta ultrò, multosq, dedere favores,

Arensbergum sequitur: recto de nomine dictum  
 Adlersberg aliàs: Residentia Principis, illi  
 Electoralis, jucundo in vertice Montis  
 Ad Ruram, magnum defert encomian urbi.

Insuper hoc ipso surgunt hæc Oppida Tractû  
 Neim, Balve, Plettenberg, Afflen, Meschede, Brilon,  
 Attendorn, Ruden, Statberg, Drolshagen, & Olpe,  
 Oldendorff, Mendè, Volckmar, cû Geseke, & Hersberg,  
 Schmâllenberg, Fredeberg, Medebacum, & Woster,  
 Nehausque. *ubi Winterburg?*

Hallenberg, Ostenberg, Kaldenahr: Oppida sunt o,

Hæc Paderbornensi Regio Titanis ab ortu  
 Ritè Dicecesi, Waldecensiq, propinqua  
 Est Comitiva, Hassi verò tanguntur ad Austrum,  
 Et VVesterwaldense nemus, stat Marchia, stantq,  
 Proximi ad Occasum Montes, septemq, Triones  
 Antè, Monasterium, Comitivaq, Lippia surgit.

Verùm VVestphalix, Patriotarumq, vicissim  
 Quæ sit proprietas, hoc è Proverbio habet o  
 Hospitium vile, g: ob Brod / dîn Bier / lange mÿle  
 Sunt in VVestphalia, si non vis creare, loop da.

Hæc tamen innumera ex aliis regione cæteris  
 Atq, greges ovium terris abiguntur, & hujus  
 Qualescunq, modi pecudes, nutritier audis:

Et quia Cœlum illic, multoq; salubrior aura est,  
 Hinc nihil ad pecorum pastumq; alimentaq; deesse  
 Credimus, imo etiam complexio fortior illic  
 Nature est Hominis; quare graviora laborum  
 Ferre iuga assuevit, Mercaturamq; bonasq;  
 Gnauius exercet, discitq; impigrius artes  
 Ex omni populo: laus VVestphala sufficit ampla est.

Huic Caesar primùm Carolus de nomine Magnus  
 Induxit terra cœlestia dogmata, Sacram  
 Christi nempe Fidem; verum, Gens illa, profunde  
 Idolis immersa nimis, cum prorsus avaro  
 Difficiliq; iugo flectiq; trahiq; nequiret,  
 Plurima Mancipiis Vernisq; gravamina, dicta  
 In patria sunt scripta, Fidem quod inire negarens.

## V E S T A

## R E C K L I N G H U S A N A .

**R**ecklinghusa licet Rhenana à Corpore paulùm  
 Archidicecesis stet, VVestphaliaq; Ducatu,  
 Hanc tamen Vbiaca telluris Circulus ambit  
 Archipatrisq; tenet sacra Iurisdictio, Binis  
 Urbibus in binum Munimen transit, & inter  
 Hac duo, suprema jam Recklinghusa, sed imæ  
 Vrbs Dorstena tenet Vestæ memorabile nomen,  
 Ast Hornenburgum primas fert, nobile Castrum.  
 Hac Embiscaria, Lupiaque inclusa videtur  
 Terra Toparchalis, frugum pecorumque benigna  
 Mater, alumna, parens, ac fecundissima nutrix.  
 Imbsara Marchensi in Comitatu exordia ducit  
 Apelterbeckam juxta, propiusque Tremonam,  
 Trans Recklinghusam fluit, Orsoviaque propinquæ  
 Rurordeque vado, Rhenana illabitur unda.

At Padebornensis Lupiam dat currere primo  
 Fonte Diœcesis, Montana cacumina subter  
 Romanis Teutonbergensis Saltus, at olim  
 Dicta, penes vicum Lipspringam, Lippia origo  
 Cui nomen tribuit, per Sennamque inde susurrat,  
 Post Padebornensem Residentis Principis arcem  
 Neuwhausam, donec Padula jungatur & Alma,  
 Hincque Monasterium trans, Angarieque Ducatum,  
 Lipsladium ire parat, Lunamq; Hammumq; latusque  
 Recklinghusani tangit muniminis unum,  
 Derstenam præter: quâ pontem urbs dicta viamque  
 Obtinet. & tendit Rhenanum in flumen, ad imam  
 Viceliam. Verum rursùm ut properemus ad urbem  
 Recklinghusanam, Comes hanc Moersensis, & Archi-  
 Præsul Agrippinas Thejodoricus, ut olim  
 Clivensem contrâ arma Duce[m] bellumque moverat  
 Obsessâ Soisto urbe, gravi Mavorte, Serenos  
 Ad Scharvvenburgi Comites pro pignore mille  
 Septingentorum quinquagintaque ligavit  
 Quinque florenorum, quam Salentinus, eandem  
 Isenburgensis Comes Archipaterque refundens  
 Nummorum Summam, sub pristina jura reduxit  
 Archidiœcesis, cui nunc pro tempore servit.

---

## RHENVS FLVIVS.

**M**Entio, per dictas hujus cùm sæpius urbes  
 Fluminis occurrat, consultum duximus, ortû  
 Illius, & si quid memorabile venerit, inter  
 Cætera, sub finem gemino deducere metro.

Rhenus ad arbitrium Vadiani, nomen adeptus  
 Præcipiti à lapsu, rapidoque gravi impete cursu,  
 Qui per Teutonium fortissimus, immò per omnem

Maximus Europam Fluvius censetur, in altis  
 Rupibus antiqua producit originis usum  
 Helvetiaeque jugis, Avium qui nomine Montes  
 Appellantur adhuc; Gothardi collis ad imam  
 Radicem, bino capite, anterioris habente  
 Nomen ab hoc Rheni - sed posterioris ab illo :  
 Et semi in forma Lana primordia cursus  
 Bodonium penetrando Vadum tenet, inde deorsum  
 Teutonis ulterius recta perlabitur arvom,  
 Conducens secumque vehens diversa carinis  
 Commoda tranandis, & cetera multa fluentia,  
 Qua circum circa Rheni portantur in equor;  
 Neccarus hac inter Moenusque, Mosellaque gaudens  
 Primatu, medium trans Coblent & usque Moselle  
 Donec ad ingressum, penes Albam nomine Turrim  
 Agrippinensem sinuoso gurgite lambit  
 Archidicecesin: recto praterfluit inde  
 Antenacum lapsu, Lintz, Bonnam, sicque supremos  
 Per terra tractus Vbiorum admiratur urbem,  
 Novesiumque petens, VVerdam, Vrdingaque per ima  
 Arva Dicecesis, Rhenoberckamque susurrat:  
 At infra Emricam Clivia per iugera, sese  
 Ad Schenckenschantzam binas extendit in undas,  
 Altera VVala audit, Phœbique cadentis ad oras  
 Æstuat, atque Mosam, quæ Levvensteina, sibi intrat,  
 Altera pars Rheni servans genitabile nomen,  
 Tendit in occidentos, quæ Manalis Vrsa, Triones,  
 Inque duos rursùm fluvios partitur, & horum  
 Vnus in Hispanios, Arnheimum, suspicit agros,  
 Alter Hyperboreos Aquilonis pronus in axes  
 Stat Sudar tranare lacum, variatque propinquum  
 Nomen in Isellam, sed qui pralabitur Arnheim,  
 Inque Beavv fertur, verso vult nomine Lecca  
 Diciet; antè quidem per Leydam fluxit in ipsum  
 Oceanum, verum dum Sequana(a) propter obortos

Ventorum motus, tempestatumque furores  
 Ardua arenarum juga vi sublimius ipsis  
 Ejectasset agris, per dictum est flumen adactus  
 Per Culenbergam, Schonhoven atque Vianden  
 Se sociare Mosa trans urbes, Rotterodamum,  
 Scheidamum, & Brielam, iactura donec aruiti  
 Nominis, Oceanum Borealem Teutonibus intres:  
 Talis ubi ingressus quondam, propè nomine pagum,  
 Catwvichium in Batavo fundo quæ Sequana spumas,  
 Consuevit fieri, qui Dunas nomine, Montes  
 Propter arenosos fuit interclusus, ut antè  
 Diximus, & soliti dudum fracta Ostia cursus.

Hic antiqua super Monumenta & Rara, vetusta  
 Romanorum arcis, Castrum dic esse Britannum,  
 Fundamenta vides, cuius muniminis Authorem  
 Extructorque fuit Caius Caligula, Caesar  
 Romanus, de quo nuper tellure remotâ  
 Dum Rudera extarent, & se fundamina tortis  
 Obiicerent oculis, Phrygio ditissima saxo  
 Marmora cuiusvis generis, Nummismata, Rara  
 Qualibet, antiquis Signorum incisa parergis,  
 Grammaticis, Iconibus, superinscriptisque figuris,  
 Sunt miris inventa modis, testantia Priscos,  
 Hosque characteres X. G. I. præfata uotârunt  
 Marmora, sub tali sensu, ex Germania utrimque  
 Inferiore, Satis iam constat Teutonas inter,  
 Quos fovet inferior tellus, non Vbia solum  
 Archidicæcesis comprehendi iura, sed innum  
 Ad Rheni tractum quoque conregnare, situmque  
 Et stabilem servare locum, quia scilicet infrâ  
 Hæc loca, privatur genuino nomine Rhenu.



ARCHIDIOECESIS COLONIENSIS  
B E L L A.

**A** Rma virosque cano, consultum duco priora  
 Bella silere, diu turbata pace per Orbem  
 Qua Romanorum Nortmannorumque secutis  
 Temporibus grassata, quibus stat plena vetustas:  
 Exhorret natura novos iterare dolores;  
 Principia attingo Bellorum, hac prima fuere  
 Iudicio justo Superum permissa malignis,  
 Ob peccata, tamen nunquam reprobatur in ipsa  
 Scriptura bellum, Ratio quoque, finis & ejus  
 Ut pax eveniat, vigeat Respublica, Leges  
 Florescant, tractet commercia libera Civis;  
 His praesuppositis regnandi insana libido,  
 Sive Status Ratio, aut est Relligio quoque origo,  
 Qua nihil aut sanum, nil fixum permanet usque,  
 Solvitur humani penitus conjunctio nexus,  
 Vertuntur summa imis, & quadrata rotundis,  
 Fine cruentato, donec sat bellua belli  
 Terminat, accedam [veniam rogo] Sacula nostra,  
 Ex Wedanorum praecelso stemmate Praesul  
 Hermannus, Carolo quinto sub Cesare vivens  
 Principis fidei fervens promotor, & idem  
 (Ut Canonum libri docti, & Synodalia tradunt)  
 Ortos doctos erat, dignus super omnia Praeses:  
 Ast dum Martini Bucerii Schismata iuivet,  
 Adversus Sedem Romanam; dogmata, fraudes  
 Divini admittens Verbi instrumenta Lutheri,  
 Pontificis Bulla contra hunc Sententis fertur,  
 Electoralis titulo privatur, ab alta

Sederunt, bacula Vbiaco Sceptroque relictis;  
 Sed ne propter Eum premerent bella impia totam  
 Archidiceesin, proprio secedit honore, (a)  
 E vita excedit, tumulum Veltkircha paravit (b)  
 Adolphus Schawnburg collapsam restituit rem.  
 De quibus, & de quo solium hoc dixisse sat esto,  
 (a a. 1546.) (b a. 1552.)

### Bellum TRUCHSESIIUM.

**N**unc ad Truchsesium Suedæ de gente Gebhardum  
 Post Salentinum, gradior, pro Presule lectum,  
 Irreprehensibilis fuit ante Episcopus, omni  
 Is procul à culpâ, vita laudabilis, ast mox  
 Mancipium luxus priscâ à virtute recedens  
 Agnetis Mansfeldiæ illaqueatur amore;  
 Et furtivus amor populum sermone replebat,  
 Quid faceret Princeps? mordebat conscia rectâ  
 Mens, & honestatis facies, Nevenarius ipsi  
 Suadet Schismatica è contra molimina Secta,  
 Haudquaquam Imperii decreta obstare, Statuta  
 Non prohibere, sibi charam quin ducere sponsam  
 Elector Princeps valeat, licet ille Sacerdos,  
 Ergo sit in tali talis conclusio mente,  
 Religio imprimis Papa mutetur, & uxor  
 Agnes ducatur Mansfelt, nova Episcopa, Sedes  
 Vbi permaneat bino sub Coniuge, coetus  
 Hic neodoxus abhinc fidei de tramite recto  
 Divertatur, eò, Ratio & Res salva putatur,  
 Impatiens animus, fœdoque insanus amore  
 Nullis Pontificis monitis neque Caesaris ulla  
 Flectitur hortatu: Venere at vinoque calescunt  
 Pectora, ducuntur nocturne diuque choreæ,

Quin & inauditis vitis proscinditur ipsa  
 Pontificis persona, simul Confessio ubique  
 Augustana recens admissa, admittitur omnis,  
 Bonnense Archivum, Cancellariaque tota  
 Divitiarumque Diocesis, pretiosaque in auro  
 Convasata, aliò Rheni per flumen aguntur;  
 Mox sponsalium Gebhardi ex aere susurrat;  
 Dant famuli manibus lymphas, portantque canistris  
 Dona laborata Cereris, pinguique farina &  
 Viscera tosta ferunt: Quantum heu! mutatus ab illo  
 Gebhardo, qui nuper eras? quò pergis a vita  
 Destructor Fidei, quam debes jure tueri!

His ita praelusis, tractantur foedera, Bonna,  
 Perque Diocesis munimina cetera & urbes  
 Fortificantur, & has inter tamen impete forti  
 Novehium capitur, capiuntur plurima Castra:  
 Interea Roma Sententia fertur in ipsum  
 Gebhardum Truchses, quò privabatur honore  
 Electorali, Tum consultatur in adis  
 Metropolitana gremio, quis Episcopus, ejus  
 Electoratu, Praefecturâque sacrandus,  
 Et tandem Bavarum per Vota Capitulum adoptat  
 Eusebium, qui tum pro libertate tuenda  
 Hispanas implovat opes, Farnesius inde  
 Suppetias adfert Princeps Parmensis, & ille  
 Novehium expugnat, Bonnamq; expugnat & arces;  
 Et totus Rheni tractus vel tempore pauco  
 Truchsesiiis cassis sua jura priora recepit.  
 Ille autem Truchses, cuius jam cognita vita,  
 Expers Consilii, armorumque inglorius, ivis  
 Argentoratam, socia cum Coniuge, donec  
 Fata suam clausere diem, & tumultus ibidem est \*

( \* Anno 1601 )



Bellum



Bellum Gallo - Hasslicum.

**F**ernesto iusto succedit in ordine Princeps  
 Fernandus Bavarus, toto laudandus in aevum.  
 Hic ceriè Archipatris mytrâque pedoquo coruscata  
 Extitit, Ordinibus cunctis, Statibusque præesse  
 Ad summum meruit, prudens in rebus agendis,  
 Quas Prælatura munus petit, omnibus ipse  
 Dotibus ornatus, morum gravitate decorus;  
 Germanus totus, sincerus totus, Et idem  
 Casareus totus, totus pro Numine, multas  
 Hinc ille ex proprio Legiones ere coëgit  
 Pro patria, atque Deo, summo pro Casare, avitâ  
 Proque Fide, sacras ades construxit in altum.  
 Templaque marmoreis aptè solidata columnis;  
 Et summa fuit hûic patria defensio cura:  
 Juxtâ Thema: salus populi Lex esto suprema,  
 Sed nullus belli penes hunc defectus, in anno \*  
 Ecce supergreditur malefaustus nuntius, hostis  
 Cum Gallo Suecus, cum VVinnariensibus, Hassus  
 Vbiacum subiere solum; Nam patria ferro  
 Undique vastatur, Lambojus casus ab hoste,  
 Nulla captatur, Lynna expugnatur Et Ueding;  
 Mox Kempen sequitur: Belli fit Patria Sedes  
 Inferior, pressus miserè gemit undique civis:  
 Religionis enim prætexu bella moventur,  
 Religio haud petitur, Regionis queritur aurum;  
 Insatiata fames, Et amor malejanus habendi,  
 Et Ratio perversa Status, turpissima pestis  
 Occupat Imperium, nullus Status est Rationis:  
 At propè Lechenium hostilis nimis impetus haret,

1642.

1 5

Ann.

Arx septem hebdomadas violentis restitit armis,  
 Donec Bavarici navali ponte secantes  
 Rhenum, ad Lontinam castris sedere locatis,  
 Bella Coloniaeos insurgunt Marto per agros  
 Non procul à Bonna ferro, flammâque petuntur  
 Pagi, pagani mox contribulantur acerbè,  
 Nusquam tuta Fides, toto pax exulat Orbe,  
 Nititur interea Caesar pro viribus hostem  
 Propulsare, igitur Breidenbent visere primò  
 Ignitis placuit sphaeris, sed Iulius armis  
 Apperuit nostris, ruit hinc Lambojus in hostem  
 (a) Grevenbrochiacas iuxta quâ castra paludes,  
 Principio fortuna favet, timidosque repellit,  
 Sed fortuna nimis fallax, adeoque noverca,  
 Infausta Imperio, patriaque infausta, resurgit,  
 Lamboyus casus, rursùm, casusque cohortes,  
 Plures truncati, quisq; statione repulsus  
 Ordine confuso, vite vix aura superstes,  
 Quò me verto ruit miles, cadit undique amicus,  
 Mille ultra pedites sed Caesaris Insula caepit:  
 Hinc Lamboy vindex collectis viribus arma  
 Instaurare jubet, sed dum fert Hassia turmas  
 Auxiliatrices, Rhenanam traicit undam  
 Westphaliâ peragrans, Padebornam tentat acerbè,  
 Quò Lamboy sequitur, mediâque in nocte locata  
 Castra inimica ruit: sed adhuc pugnatur in ipsa  
 Nocte, & mane altrò, Victores cogimus hostem  
 Se retirare supra Paderam Delbrugii in oras,  
 Pergimus ulterius Visurgi ad littora castris  
 Expugnando Hoxter: dumque ad maiora voluntas,  
 Sol novus exoritur, pacis Deus omne gubernans  
 Tranquillans animos Procerum Regumq; Ducumq;  
 Nampe Monasterii, Pacis locus omnibus Vni-  
 versalis: bello turbatam restituit Rem:

(a) Anno 1648.

PAX



PAX MONASTERIENSIS.

**P**Ax igitur conclusa; Dei de lumine lumen  
 Tradit amicitiam, conjungit foedere partes,  
 Præteriti immemores vult læsos esse; perinde,  
 Pristina restituit, quisque & sua Jura receptat.  
 Enumerantur adhæc speciales restituendi.  
 In Sacris medium conflata gravamina solvit,  
 Helvetii accipiunt jam libertatis honorem,  
 Calvino in foedus fit Pacis adoptio concors,  
 Jura politica Statibus jam prorsus adumbrat.  
 Flori restituit veteri commercia ad Indos,  
 Præmia partitur Suecus, Pomerana resarcit  
 Brandenburgiaco Mecklenburg dempta rependit,  
 Pax Gallos, Suecos plumis Aquilaribus ornat,  
 Placatusq; Hassus, Braunschwigum munera mulcēt,  
 In partes Galli transit pax Itala: tandem  
 Armorum finis, præbet solatia mundo,  
 Hæcce Monasterii Pax promulgatur ab ære.  
 Germanas hilarat mentes; Pax alma perennis.  
*Tanta molis erat Romanam condere Pacem!*  
*Nunc per Germanas fertur Pax publica partes,*  
*Mittitur Hosterium nobis Pax, hostibus aquæ*  
*Et Legatorum mandatur in agmine scripto*  
*Non inimicitias, nihil exercera cruentè,*  
*Pugnatum satis est, Martis venit Hesperus! Ergo*  
*Præsidium tunc quisq; suum & vexilla resumit.*  
*Vbius Elector \* Legiam deducit ad urbem*  
*Westphalicas turmas, flamma ferroque rebellis*  
*Urbs attentatur, satis hoc testatur Amercoeur,*  
*Sed dum terror adest, & flamma propinquior urbæ*  
*Urbs tractare studet, Prasul moderamen in armis*  
*Dat veniam cunctis, tres excipiendo rebelles,*

Qui Ferdinando portas aditumq; negarunt :  
 Pace igitur factâ miles dimittitur urbe ,  
 Cumque satis factum nummorum pondere grandî  
 Imperij val. m tria bis centena Dalerum  
 Millia , Casseliis patria numerata periclo ,  
 Libera sit servis Hassorum Nussia , Coesfelt ,  
 Newwhausa ad Paderam , sicq; exoneratur ab Hassis  
 Rhenanus tractus , \* tutus sit VVestphalus inde ,  
 Pax ergo vigeat , Pacem te pascimus omnes :  
 Nulla salus bello , sola est pax optima Rerum  
 Quas homini novisse datum , pax una triumphis  
 Innúmeris potior , faxit Deus optimus , illa  
 Iustitia comite , in longas & mille perennet  
 Annorum series , Votis nos usque precamur .  
 Hoc precor , hoc moneo si quid detur , elige pacem ,  
 Et quæ Divorum Divis reddantur , & illa  
 Quæ sunt Casaræ iuris , reddantur Eidem ,  
 Hoc per Evangelium mandat ab æthere Numen ,  
 Sæi foelix faustum , iubet hîc requiescere Plato .

[ \* 1652 ]



MARTINI HENRIQUEZ  
à Strevesdorff

Gratiarum Actio

*Ad*

SS. SALVATOREM  
MUNDI:

In Parochiali Ecclesia

Nivenheim:

Archidiocesis Coloniensis Pago

Gloriosum, miraculosum,

Sibi

*Hereditario in Dielraeth,*

Quondam

Sac. Cæsar. Ma<sup>gis</sup> Capitaneo & Com<sup>mandanti</sup>  
*in Schönburg:*

Corde & hereditate

VICINUM:

Pro corporis & animæ custodia,

in tam turbulento statu S. Rom.

Imperii, Patriæque.

Ab Anno 1642, usque 1652,



**S**alvator Mundi, Caeli moderater IESV,  
Vna salus lapsis, fontibus una salus.  
Quid tribuam tibi pro donis? qua tu tribuisti?  
Multa mihi famulo crimine composito?  
Iob famulo testante tuo, terraque marique  
Vita hominis bellum est, & sine fine manet:  
Hinc tu, iuste Deus, si vis peccata flagellis  
Punire, inducis bella parata tuis.  
Nunc tua dum cessat manus, Exorate ministros  
Percutiens, virtus sit tibi laus & honos.  
Dextera contrivit robur, tua gloria vires  
Hostiles, patria florida gaudet humus.  
Quas grates referam? per tot discrimina & arma  
Quod me salvasti de bonitate tua?  
Tu mihi nullenis iuvenili aetate periculis  
Exposito praesens Numine Tutor eras.  
Saepe intentatum repulisti fortiter scutum  
Dum bina ardebam Palladis arma sequi.  
Numen eras, dum praesidium milesque rebellis  
Suprà Ehrenbreitstein tam furiosus erat.  
Dexter eras, dum Bos curriebat cornibus in me,  
Nec subterfugium, quam meus Ensis erat.  
Faustus eras dum pulverius volitabat in altum  
Turris, nec denis passibus huic aberam.  
Dumque in conspectu hostili succursus ad arcem  
Schonburg percursi, Tu mihi dexter eras.  
Dumq; ego Commendans Gallorum cinctus ab armis,  
Per sex hebdomadas, Tu mihi vera salua,


Dum


Dumq; ad Breidenbent hastâ detrusus ab hoste  
 In primo assilens, Tu mihi Tutor eras.  
 Dum proptè Grevenbroch mater per corpora queris  
 Mortua me laesum, Tu mihi vita nova.  
 Dum Zons, dumque Paderbornum salvantur ab hoste  
 Hoexterio capto, Tu mihi dextra manus.  
 Vis mea fortis eras, urbs Legia quando subacta,  
 Atque suburbanis flammigrator eram.  
 Sensi, Salvator, per tot certamina, bella,  
 Per denos annos Numen ubique tuum:  
 Sic mea per varias vita est exercita curas,  
 Armaque pro patria sanguinolenta tuli:  
 Arma cruenta tuli, bellum scitatus, ut inde  
 Caesaris atque Dei multiplicetur honos.  
 Iam verò, quid multa cano, vestigia Patrum  
 Trita tero, Hesperio qui subire solo.  
 Iam verò, Vbincus Generalis dumque Receptor,  
 Et mea Consiliis dum toga nigra quadrat,  
 Hinc affigo tibi Mundi Salvator in arrham  
 Obsequii, binum Martis & Artis opus.  
 Qui mihi Dielradii corde es vicinus, & ipse  
 Qui Nivenhemii Salvificator ades,  
 Protege Protector salvâ, Salvator IESU,  
 Protege me famulum, protege plasma tuum:  
 Meque fac heredem patrie coelestis, ut inter  
 Angelicas mentes, Te sine fine fruatur:  
 Amen.

F I N I S.

Cessat opus per Eum, qui mihi cessit  
 'A opem 'Ω







Tab. in Opus



*[Illegible handwritten text]*

X  
3